Demonstrandum uero, dato circulo uel sectore et spatio fieri posse, ut circum circulum uel sectorem polygonum circumscribatur, ita ut segmenta relicta figurae circumscriptae minora sint dato spatio. licebit enim, cum in circulo demonstrauerimus, eandem ratiocinationem ad sectorem transferre.[2])

sit datus circulus A et spatium aliquod B. itaque fieri potest, ut circumscribatur circum circulum polygonum, ita ut segmenta inter circuli et polygoni ambitus comprehensa minora sint spatio B. nam datis duabus magnitudinibus inaequalibus, quarum maior est spatium simul cum circulo, minor autem ipse circulus, circumscribatur circum circulum polygonum et aliud inscribatur, ita ut circumscriptum ad inscriptum minorem rationem habeat, quam maior magnitudo ad minorem [prop. 5]. Tum polygonum circumscriptum eiusmodi erit, cuius segmenta relicta minora sint spatio dato, quod est B.

nam si quidem polygonum circumscriptum ad inscriptum minorem rationem habet quam $A + B : A$,

1) Eucl. elem. XII, 2 (II p. 200 ed. August): *τέμνοντες δὴ τὰς ὑπολειπομένας περιφερείας δίχα καὶ ἐπιζευγνύντες εὐθείας καὶ τοῦτο ἀεὶ ποιοῦντες καταλείψομέν τινα τμήματά ποτε τοῦ κύκλου, ἃ ἔσται ἐλάσσονα τῆς ὑπεροχῆς, ᾗ ὑπερέχει ὁ ΕΖΗΘ κύκλος τοῦ Σ χωρίου*; cfr. X, 1.

2) Demonstratio *eadem est*, nisi quod pro prop. 5 ea *usurpanda sunt, quae initio prop.* 6 dicta sunt.

χωρίον πρὸς αὐτὸν τὸν κύκλον, τοῦ δὲ ἐγγραφομένου μείζων ὁ κύκλος, πολλῷ μᾶλλον τὸ περιγραφὲν πρὸς τὸν κύκλον ἐλάσσονα λόγον ἔχει, ἢ τὸ συναμφότερον ὅ τε κύκλος καὶ τὸ *B* χωρίον πρὸς αὐτὸν τὸν κύκλον. καὶ διελόντι ἄρα τὰ ἀπολείμματα τοῦ περιγεγραμμένου πολυγώνου πρὸς τὸν κύκλον ἐλάσσονα λόγον ἔχει, ἤπερ τὸ *B* χωρίον πρὸς τὸν κύκλον. ἐλάσσονα ἄρα τὰ ἀπολείμματα τοῦ περιγεγραμμένου πολυγώνου τοῦ *B* χωρίου. ἢ οὕτως· ἐπεὶ τὸ περιγραφὲν πρὸς τὸν κύκλον ἐλασσονα λόγον ἔχει, ἢ τὸ συναμφότερον ὅ τε κύκλος καὶ τὸ *B* χωρίον πρὸς τὸν κύκλον, διὰ τοῦτο δὴ ἔλασσον ἔσται τὸ περιγραφὲν συναμφοτέρου. ὥστε καὶ ὅλα τὰ περιλείμματα ἐλάσσονα ἔσται τοῦ χωρίου τοῦ *B*. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ τομέως.



ζ.

Ἐὰν ἐν ἰσοσκελεῖ κώνῳ πυραμὶς ἐγγραφῇ ἰσόπλευρον ἔχουσα βάσιν, ἡ ἐπιφάνεια αὐτῆς χωρὶς τῆς βάσεως ἴση ἐστὶ τριγώνῳ βάσιν μὲν ἔχοντι ἴσην τῇ περιμέτρῳ τῆς βάσεως, ὕψος δὲ τὴν ἀπὸ τῆς κορυφῆς ἐπὶ μίαν πλευρὰν τῆς βάσεως κάθετον ἀγομένην.

ἔστω κῶνος ἰσοσκελής, οὗ βάσις ὁ *ΑΒΓ* κύκλος, καὶ εἰς αὐτὸν ἐγγεγράφθω πυραμὶς ἰσόπλευρον ἔχουσα

2. μειζον F. 7. ἀπολιμματα F. 13. οὕτως per compendium F. 18. περιλιμματα F; corr. AD. 19. ἐπί ego addidi. 26. κονος F.

circulus A autem maior est polygono inscripto [p. 10, 23], multo igitur magis polygonum circumscriptum ad A circulum minorem rationem habet quam $A + B : B$. itaque subtrahendo [per conuersionem propositionis ab Eutocio ad prop. 2 demonstratae, u. p. 15 not. 3; cfr. Eucl. V, 17] segmenta polygoni circumscripti ad circulum minorem habent rationem, quam B spatium ad circulum. minora igitur [Eucl. V, 10] segmenta relicta polygoni circumscripti erunt spatio B. uel hoc modo: quoniam polygonum circumscriptum ad circulum minorem rationem habet, quam circulus simul cum B spatio ad circulum, polygonum circumscriptum minus erit quam $A + B$[1]); quare segmenta relicta omnia minora erunt spatio B [Eucl. I *κοιν. ἐνν.* 5]. Similiter etiam in sectore dicendum.

VII.

Si cono aequicrurio inscribitur pyramis aequilateram basim habens, superficies eius praeter basim aequalis est triangulo basim habenti perimetro basis aequalem, altitudinem autem lineam a uertice ad latus aliquod basis perpendicularem ductam.

sit conus aequicrurius, cuius basis sit circulus $AB\Gamma$, et ei inscribatur pyramis basim aequilateram

1) Ex Eutocio adparet, Archimedem lin. 16—17 scripsisse: *διὰ δὴ τοῦτο ἔλασσόν ἐστι τὸ περιγραφόμενον τοῦ συναμφ.* Ceterum Archimedes uix duas demonstrationes dederat; genuinam hanc fere fuisse puto (Quaest. Arch. p. 74): *τὸ οὖν περιγεγραμμένον πρὸς τὸ ἐγγεγραμμένον ἐλάσσονα λόγον ἔχει ἢ τὸ συναμφότερον ὅ τε κύκλος καὶ τὸ B χωρίον πρὸς αὐτὸν τὸν κύκλον. διὰ δὴ τοῦτο ἔλασσόν ἐστι τὸ περιγραφόμενον τοῦ συναμφοτέρου· ὥστε καὶ τὰ περιλείμματα ἐλάσσονα ἔσται τοῦ B χωρίον.*

βάσιν τὸ ΑΒΓ. λέγω, ὅτι ἡ ἐπιφάνεια αὐτῆς χωρὶς τῆς βάσεως ἴση ἐστὶ τῷ εἰρημένῳ τριγώνῳ.

ἐπεὶ γὰρ ἰσοσκελὴς ὁ κῶνος, καὶ ἰσόπλευρος ἡ βάσις τῆς πυραμίδος, τὰ ὕψη τῶν περιεχόντων τριγώνων τὴν πυραμίδα ἴσα ἐστὶν ἀλλήλοις. καὶ βάσιν μὲν ἔχει τὰ τρίγωνα τὰς ΑΒ, ΒΓ, ΓΑ, ὕψος δὲ τὸ εἰρημένον. ὥστε τὰ τρίγωνα ἴσα ἐστὶ τριγώνῳ βάσιν μὲν ἔχοντι τὴν ἴσην ταῖς ΑΒ, ΒΓ, ΓΑ, ὕψος δὲ τὴν εἰρημένην εὐθεῖαν [τουτέστιν ἡ ἐπιφάνεια τῆς πυραμίδος χωρὶς τοῦ ΑΒΓ τριγώνου].



[σαφέστερον ἄλλως ἡ δεῖξις]

[ἔστω κῶνος ἰσοσκελής, οὗ βάσις μὲν ὁ ΑΒΓ κύκλος, κορυφὴ δὲ τὸ Δ σημεῖον, καὶ ἐγγεγράφθω εἰς τὸν κῶνον πυραμὶς βάσιν [μὲν] ἔχουσα ἰσόπλευρον τρίγωνον τὸ ΑΒΓ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΔΑ, ΔΓ, ΔΒ.

λέγω, ὅτι τὰ ΑΔΒ, ΑΔΓ, ΒΔΓ τρίγωνα ἴσα ἐστὶ τριγώνῳ, οὗ ἡ μὲν βάσις ἴση ἐστὶ τῇ περιμέτρῳ τοῦ ΑΒΓ τριγώνου, ἡ δὲ ἀπὸ τῆς κορυφῆς ἐπὶ τὴν βάσιν

---

1. τό] τω F; corr. A. *βάσιν μὲν ἔχουσα ἴσοπλ. τρίγωνον τό* uel *βάσιν τὸ τρίγωνον τό* Nizze. 3. *κονος* F. 5. *τριγώνων* errore om. Torellius; sine codicum auctoritate suppleuit Nizze; habet F. 17. Haec demonstratio altera postea interposita numero *ῃ̄* significatur in F, sed numerum om. iam ed. Basil. 18. *ἔστω*] *ωστε* F; corr. B*manu 2? (Quaest. Arch. p. 129). 20. *μέν* deleo; cum librarius alibi toties *βάσιν μέν* scripsisset, particula hic quoque irrepsit.

habens, quae sit $AB\Gamma$. dico, eius superficiem praeter basim aequalem esse triangulo, quem commemorauimus.

nam quoniam conus aequicrurius et basis pyramidis aequilatera est, altitudines triangulorum pyramidem comprehendentium aequales sunt.[1]) et basim habent trianguli AB, $B\Gamma$, $\Gamma\Delta$ lineas, altitudinem uero eam, quam diximus. quare trianguli [h. e. superficies pyramidis praeter basim] aequales sunt triangulo basim habenti lineam aequalem lineis AB, $B\Gamma$, $\Gamma\Delta$ [h. e. perimetro basis], altitudinem autem lineam, quam diximus [Eucl. VI, 1].[2])

[Demonstratio aliter et magis perspicue exposita][3]).

[Sit conus aequicrurius, cuius basis sit circulus $AB\Gamma$, uertex uero Δ punctum; et cono inscribatur pyramis basim habens triangulum aequilaterum $AB\Gamma$, et ducantur lineae ΔA, $\Delta\Gamma$, ΔB. dico triangulos $A\Delta B$, $A\Delta\Gamma$, $B\Delta\Gamma$ aequales esse triangulo cuius basis aequalis sit perimetro trianguli $AB\Gamma$, perpendicularis autem a uertice ad basim ducta aequalis lineae a Δ puncto ad $B\Gamma$ perpendiculari.

ducantur enim perpendiculares ΔK, $\Delta\Lambda$, ΔM lineae; sunt igitur aequales [cfr. not. 1]. et ponatur triangulus EZH basim EZ aequalem habens perimetro

---

1) Nam trianguli, quorum latera sunt axis coni, altitudines, lineae a, b, c (quas in figura addidi), unum latus (axem) commune, alteram (a, b, c) aequalem habent et sunt rectanguli; itaque etiam bases aequales habent (Eucl. I, 4).

2) Uerba sequentia subditiua sunt, ut ex collocatione adparet; pertinent enim ad τὰ τρίγωνα lin. 8, ut in interpretatione expressi. si ad τριγώνῳ lin. 11 pertinerent, quod per se minus accurate diceretur, debebat esse τῇ ἐπιφανείᾳ ex constanti usu Archimedis.

3) Quae sequitur *demonstratio ut subditiua in adnotationes reiicienda erat, sed ne typothetis* molestia existeret, retinui.

κάθετος ἴση τῇ καθέτῳ τῇ ἀπὸ τοῦ Δ ἐπὶ τὴν ΒΓ ἀγομένῃ.

ἤχθωσαν γὰρ κάθετοι αἱ ΔΚ, ΔΛ, ΔΜ. αὗται ἄρα ἴσαι ἀλλήλαις εἰσίν. καὶ κείσθω τρίγωνον τὸ ΕΖΗ ἔχον τὴν μὲν ΕΖ βάσιν τῇ περιμέτρῳ τοῦ ΑΒΓ τριγώνου ἴσην, τὴν δὲ ΗΘ κάθετον τῇ ΔΛ ἴσην. ἐπεὶ οὖν τὸ ὑπὸ τῶν ΒΓ, ΔΛ διπλάσιόν ἐστιν τοῦ ΔΒΓ τριγώνου, ἔστιν δὲ καὶ τὸ μὲν ὑπὸ τῶν ΑΒ, ΔΚ διπλάσιον τοῦ ΑΒΔ τριγώνου, τὸ δὲ ὑπὸ ΑΓ, ΔΜ διπλάσιον τοῦ ΑΔΓ τριγώνου, τὸ ἄρα ὑπὸ τῆς περιμέτρου τοῦ ΑΒΓ τριγώνου, τουτέστι τῆς ΕΖ, καὶ τῆς ΔΛ, τουτέστι τῆς ΗΘ, διπλάσιόν ἐστι τῶν ΑΔΒ, ΒΔΓ, ΑΔΓ τριγώνων. ἔστι δὲ καὶ τὸ ὑπὸ ΕΖ, ΗΘ διπλάσιον τοῦ ΕΖΗ τριγώνου. ἴσον ἄρα τὸ ΕΖΗ τρίγωνον τοῖς ΑΔΒ, ΒΔΓ, ΑΔΓ τριγώνοις].

η′.

Ἐὰν περὶ κῶνον ἰσοσκελῆ πυραμὶς περιγραφῇ, η ἐπιφάνεια τῆς πυραμίδος χωρὶς τῆς βάσεως ἴση ἐστὶ τριγώνῳ βάσιν μὲν ἔχοντι τὴν ἴσην τῇ περιμέτρῳ τῆς βάσεως, ὕψος δὲ τὴν πλευρὰν τοῦ κώνου.

ἔστω κῶνος, οὗ βάσις ὁ ΑΒΓ κύκλος, καὶ πυραμὶς περιγεγράφθω, ὥστε τὴν βάσιν αὐτῆς, τουτέστι τὸ ΔΕΖ πολύγωνον, περιγεγραμμένον περὶ τὸν ΑΒΓ κύκλον εἶναι. λέγω, ὅτι ἡ ἐπιφάνεια τῆς πυραμίδος χωρὶς τῆς βάσεως ἴση ἐστὶ τῷ εἰρημένῳ τριγώνῳ.

ἐπεὶ γὰρ [ὁ ἄξων τοῦ κώνου ὀρθός ἐστι πρὸς τὴν

---

2. *ἀγομένῃ* scripsi; *αγομενην* F, uulgo. 10. *ΑΒΓ*] *ΑΔΓ* F; corr. Torellius. 16. *θ′* F; u. ad p. 28, 17. In figura et deinde in uerbis Archimedis litteras *Λ* et *K* permutauit Torellius. 26. *τοῦ*] *αυτου* F; corr. ed. Basil.



trianguli $AB\Gamma$, altitudinem autem $H\Theta$ aequalem lineae $\Delta\Lambda$. iam quoniam

$$B\Gamma \times \Delta\Lambda = 2\Delta B\Gamma$$

[Eucl. I, 41], et

$$AB \times \Delta K = 2AB\Delta,$$

et

$$A\Gamma \times \Delta M = 2A\Delta\Gamma,$$

erit igitur rectangulum, quod a perimetro trianguli $AB\Gamma$, h. e. linea EZ, et $\Delta\Lambda$, h. e. linea $H\Theta$, continetur $= 2 \times (A\Delta B + B\Delta\Gamma + A\Delta\Gamma)$; sed $EZ \times H\Theta = 2EZH$ [Eucl. I, 41]; quare

$$EZH = A\Delta B + B\Delta\Gamma + A\Delta\Gamma].$$

VIII.

Si circum conum aequicrurium pyramis circumscribitur, superficies pyramidis praeter basim aequalis est triangulo basim habenti lineam perimetro basis aequalem, altitudinem autem latus coni.

sit conus, cuius basis sit circulus $AB\Gamma$, et circumscribatur pyramis, ita ut basis eius, h. e. polygonum ΔEZ, circum circulum $AB\Gamma$ sit circumscripta. dico superficiem pyramidis praeter basim aequalem esse triangulo, quem commemorauimus.

cum enim axis coni ad basim perpendicularis sit, *βάσιν, τουτέστι πρὸς τὸν $ΑΒΓ$ κύκλον, καὶ] αἱ ἀπο τοῦ κέντρου τοῦ κύκλου ἐπὶ τὰς ἁφὰς ἐπιζευγνύμεναι εὐθεῖαι κάθετοί εἰσιν ἐπὶ τὰς ἐφαπτομένας, ἔσονται ἄρα καὶ αἱ ἀπὸ τῆς κορυφῆς τοῦ κώνου ἐπὶ τὰς ἁφὰς ἐπιζευγνύμεναι κάθετοι ἐπὶ τὰς $ΔΕ$, $ΖΕ$, $ΖΔ$. αἱ $ΗΑ$, $ΗΒ$, $ΗΓ$ ἄρα αἱ εἰρημέναι κάθετοι ἴσαι εἰσὶν ἀλλήλαις· πλευραὶ γάρ εἰσιν τοῦ κώνου. κείσθω δὴ τὸ τρίγωνον τὸ $ΘΚΛ$ ἴσην ἔχον τὴν μὲν $ΘΚ$ τῇ περιμέτρῳ τοῦ $ΔΕΖ$ τριγώνου, τὴν δὲ $ΛΜ$ κάθετον ἴσην τῇ $ΗΑ$. ἐπεὶ οὖν τὸ μὲν ὑπὸ $ΔΕ$, $ΑΗ$ διπλάσιόν ἐστι τοῦ $ΕΔΗ$ τριγώνου, τὸ δὲ ὑπὸ $ΔΖ$, $ΗΒ$ διπλάσιόν ἐστι τοῦ $ΔΖΗ$ τριγώνου, τὸ δὲ ὑπὸ $ΕΖ$, $ΓΗ$ διπλάσιόν ἐστι τοῦ $ΕΗΖ$ τριγώνου, ἔστιν ἄρα τὸ ὑπὸ τῆς $ΘΚ$ καὶ τῆς $ΑΗ$, τουτέστι τῆς $ΜΛ$, διπλάσιον τῶν $ΕΔΗ$, $ΖΔΗ$, $ΕΗΖ$ τριγώνων. ἔστιν δὲ καὶ τὸ ὑπὸ τῶν $ΘΚ$, $ΛΜ$ διπλάσιον τοῦ $ΛΚΘ$ τριγώνου. διὰ τοῦτο δὴ ἴση ἐστὶν ἡ ἐπιφάνεια τῆς πυραμίδος χωρὶς τῆς βάσεως τριγώνῳ βάσιν μὲν ἔχοντι ἴσην τῇ περιμέτρῳ τοῦ $ΔΕΖ$, ὕψος δὲ τὴν πλευρὰν τοῦ κώνου.*



---

4. *καὶ αἱ*] *αἱ* om. F. 14. $ΑΗ$] $ΑΝ$ F. 15. $ΕΔΗ$] $ΕΔΝ$ F. 19. $ΕΗΖ$] $ΕΝΖ$ F. 25. *τριγώνῳ*] *τριγω* F. 26. *τοῦ* $ΔΕΖ$ *τριγώνου* Nizze.

h. e. ad circulum $AB\Gamma$, et lineae a centro circuli ad puncta contactus ductae perpendiculares sint ad contingentes [Eucl. III, 18], erunt[1]) igitur etiam lineae a uertice coni ad puncta contactus ductae perpendiculares ad $\varDelta E$, ZE, $Z\varDelta$ [u. Eutocius]. itaque perpendiculares, quas commemorauimus, HA, HB, $H\Gamma$, aequales sunt; sunt enim coni latera. ponatur igitur triangulus $\Theta K\varLambda$ aequalem habens ΘK latus perimetro trianguli $\varDelta EZ$, perpendicularem autem $\varLambda M$ aequalem lineae HA. quoniam igitur

$$\varDelta E \times AH = 2 E\varDelta H \text{ [Eucl. I, 41]},$$

$$\text{et } \varDelta Z \times HB = 2 \varDelta ZH,$$

$$\text{et } EZ \times \Gamma H = 2 EHZ,$$

est igitur $\Theta K \times AH$, uel, quod idem est,

$$\Theta K \times M\varLambda = 2(E\varDelta H + Z\varDelta H + EHZ).$$

est autem etiam

$$\Theta K \times \varLambda M = 2 \varLambda K\Theta \text{ [Eucl. I, 41]}.$$

[quare $2\varLambda K\Theta = 2(E\varDelta H + Z\varDelta H + EHZ)$ ⊃:
$\varLambda K\Theta = E\varDelta H + Z\varDelta H + EHZ$].

est igitur superficies pyramidis praeter basim aequalis triangulo basim habenti perimetro trianguli $\varDelta EZ$ aequalem, altitudinem autem latus coni.

---

1) Lin. 3—6 Archimedes scripserat: αἱ ἄρα ἀπὸ τῆς κορυφῆς ἐπὶ τὰ A, B, Γ ἐπιζευγνύμεναι κάθετοί εἰσιν ἐπ' αὐτὰς h. e. τὰς ἐφαπτομένας lin. 3); u. Eutocius.

θ΄.

Ἐὰν κώνου τινὸς ἰσοσκελοῦς εἰς τὸν κύκλον, ὅς ἐστι βάσις τοῦ κώνου, εὐθεῖα γραμμὴ ἐμπέσῃ, ἀπὸ δὲ τῶν περάτων αὐτῆς εὐθεῖαι γραμμαὶ ἀχθῶσιν ἐπὶ τὴν κορυφὴν τοῦ κώνου, τὸ περιληφθὲν τρίγωνον ὑπό τε τῆς ἐμπεσούσης καὶ τῶν ἐπιζευχθεισῶν ἐπὶ τὴν κορυφὴν ἔλασσον ἔσται τῆς ἐπιφανείας τοῦ κώνου τῆς μεταξὺ τῶν ἐπὶ τὴν κορυφὴν ἐπιζευχθεισῶν.

ἔστω κώνου ἰσοσκελοῦς βάσις ὁ ΑΒΓ κύκλος, κορυφὴ δὲ τὸ Δ, καὶ διήχθω τις εἰς αὐτὸν εὐθεῖα ἡ ΑΓ· καὶ ἀπὸ τῆς κορυφῆς ἐπὶ τὰ Α, Γ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΑΔ, ΔΓ. λέγω, ὅτι τὸ ΑΔΓ τρίγωνον ἔλασσόν ἐστι τῆς ἐπιφανείας τοῦ κώνου τῆς μεταξὺ τῶν ΑΔΓ.



τετμήσθω ἡ ΑΒΓ περιφέρεια δίχα κατὰ τὸ Β, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΑΒ, ΓΒ, ΔΒ. ἔσται δὴ τὰ ΑΒΔ, ΒΓΔ τρίγωνα μείζονα τοῦ ΑΔΓ τριγώνου. ᾧ δὴ ὑπερέχει τὰ εἰρημένα τρίγωνα τοῦ ΑΔΓ τριγώνου, ἔστω τὸ Θ. τὸ δὴ Θ ἤτοι τῶν ΑΒ, ΒΓ τμημάτων ἔλασσόν ἐστιν, ἢ οὔ. ἔστω μὴ ἔλασσον πρότερον. ἐπεὶ οὖν δύο εἰσὶν ἐπιφάνειαι ἥ τε κωνικὴ ἡ μεταξὺ τῶν ΑΔΒ μετὰ τοῦ ΑΕΒ τμήματος καὶ ἡ τοῦ ΑΔΒ τρι-

---

1. ι΄ F. 5. περιληφθέν] scripsi; περιλειφθεν F, uulgo. 6. ἐμπεσούσης] εκπεσουσης F; postea corr. B.

IX.

Si in cono aequicrurio[1]) linea recta in circulum, qui est basis coni, incidit, et a terminis eius lineae rectae ducuntur ad uerticem coni, triangulus, qui continetur a linea incidenti et lineis ad uerticem ductis, minor erit superficie coni, quae est inter lineas ad uerticem ductas.

sit $AB\Gamma$ circulus basis coni aequicrurii, uertex autem Δ punctum, et in circulum incidat linea $A\Gamma$, et a uertice ad A, Γ puncta ducantur lineae $A\Delta$, $\Delta\Gamma$. dico triangulum $A\Delta\Gamma$ minorem esse superficie coni, quae inter $A\Delta$, $\Delta\Gamma$ lineas sit.[2])

secetur $AB\Gamma$ ambitus in duas partes aequales in B puncto, et ducantur AB, ΓB, ΔB. erunt igitur trianguli $AB\Delta$, $B\Gamma\Delta$ maiores triangulo $A\Delta\Gamma$[3]) [u. Eutocius]. sit igitur Θ spatium aequale ei spatio, quo excedunt trianguli $AB\Delta$, $B\Gamma\Delta$ triangulum $A\Delta\Gamma$. itaque Θ spatium aut minus est segmentis AB, $B\Gamma$, aut non minus. — prius sit ne minus. quoniam igitur datae sunt duae superficies, conica superficies, quae est inter lineas $A\Delta$, ΔB, una cum segmento AEB et triangulus $A\Delta B$, eundem terminum habentes perimetrum trianguli $A\Delta B$, maior erit superficies comprehendens comprehensa [λαμβ. 4]. itaque superficies co-

---

1) Graece genetiuus legitur, qui ad uerbum κύκλον uel potius ad totam sententiam referendus esse uidetur, de qua dicendi licentia infra dicetur.

2) Hoc nimis ambiguum est; Archimedes sine dubio hoc saltem loco addiderat: καὶ τῆς $AB\Gamma$ περιφερείας, ut prop. 10 p. 38, 25; Quaest. Arch. p. 72.

3) Lin. 19—20 Archimedes scripserat: μείζονα ἄρα ἐστὶ τὰ $AB\Delta$, $B\Delta\Gamma$ τρίγωνα τοῦ $A\Delta\Gamma$ τριγώνου (u. Eutocius).

γώνου τὸ αὐτὸ πέρας ἔχουσαι τὴν περίμετρον τοῦ τριγώνου τοῦ ΑΔΒ, μείζων ἔσται ἡ περιλαμβάνουσα τῆς περιλαμβανομένης. μείζων ἄρα ἐστὶν ἡ κωνικὴ ἐπιφάνεια ἡ μεταξὺ τῶν ΑΔΒ μετὰ τοῦ ΑΕΒ τμήματος τοῦ ΑΒΔ τριγώνου. ὁμοίως δὲ καὶ ἡ μεταξὺ τῶν ΒΔΓ μετὰ τοῦ ΓΖΒ τμήματος μείζων ἐστὶν τοῦ ΒΔΓ τριγώνου. ὅλη ἄρα ἡ κωνικὴ ἐπιφάνεια μετὰ τοῦ Θ χωρίου μείζων ἐστὶ τῶν εἰρημένων τριγώνων. τὰ δὲ εἰρημένα τρίγωνα ἴσα ἐστὶ τῷ τε ΑΔΓ τριγώνῳ καὶ τῷ Θ χωρίῳ. κοινὸν ἀφῃρήσθω τὸ Θ χωρίον· λοιπὴ ἄρα ἡ κωνικὴ ἐπιφάνεια ἡ μεταξὺ τῶν ΑΔΓ μείζων ἐστὶ τοῦ ΑΔΓ τριγώνου.

ἔστω δὴ τὸ Θ ἔλασσον τῶν ΑΒ, ΒΓ τμημάτων. τέμνοντες δὴ τὰς ΑΒ, ΒΓ περιφερείας δίχα καὶ τὰς ἡμισείας αὐτῶν δίχα λείψομεν τμήματα ἐλάσσονα ὄντα τοῦ Θ χωρίου. λελείφθω τὰ ἐπὶ τῶν ΑΕ, ΕΒ, ΒΖ, ΖΓ εὐθειῶν, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΔΕ, ΔΖ. πάλιν τοίνυν κατὰ τὰ αὐτὰ ἡ μὲν ἐπιφάνεια τοῦ κώνου ἡ μεταξὺ τῶν ΑΔΕ μετὰ τοῦ ἐπὶ τῆς ΑΕ τμήματος μείζων ἐστὶ τοῦ ΑΔΕ τριγώνου· ἡ δὲ μεταξὺ τῶν ΕΔΒ μετὰ τοῦ ἐπὶ τῆς ΕΒ τμήματος μείζων ἐστὶ τοῦ ΕΔΒ τριγώνου. ἡ ἄρα ἐπιφάνεια ἡ μεταξὺ τῶν ΑΔΒ μετὰ τῶν ΑΕ, ΕΒ τμημάτων μείζων ἐστὶ τῶν ΑΔΕ, ΕΒΔ τριγώνων. ἐπεὶ δὲ τὰ ΑΕΔ, ΔΕΒ τρίγωνα μείζονά ἐστι τοῦ ΑΒΔ τριγώνου, καθὼς δέδεικται, πολλῷ ἄρα ἡ ἐπιφάνεια τοῦ κώνου ἡ μεταξὺ τῶν ΑΔΒ μετὰ τῶν ἐπὶ τῶν ΑΕ, ΕΒ τμημάτων μείζων ἐστὶ τοῦ

---

5. δέ] scripsi; cfr. Quaest. Arch. p. 145; δη F, uulgo. 6. *τῶν ΒΔΓ*] *του ΔΒΓ τριγωνου* F, uulgo; *τῶν ΒΔ, ΔΓ* Torellius. 12. *ΑΔΓ*] scripsi; *ΑΔΒ* F, uulgo; *ΑΔ, ΔΓ* Torellius. 15. *ἡμισείας*] *ημισιας* F, uulgo. 16. λελιφθω F.

nica, quae est inter lineas $A\varDelta$, $\varDelta B$, una cum segmento AEB, maior est triangulo $AB\varDelta$. et eodem modo conica superficies, quae est inter lineas $B\varDelta$, $\varDelta\Gamma$, una cum segmento ΓZB, maior est triangulo $B\varDelta\Gamma$. tota igitur superficies conica [quae est inter lineas $A\varDelta$, $\varDelta\Gamma$ et ambitum $AEBZ\Gamma$] una cum spatio Θ maior est triangulis, quos commemorauimus [$AB\varDelta$, $B\varDelta\Gamma$].[1]) sed trianguli $AB\varDelta$, $B\varDelta\Gamma$ aequales sunt triangulo $A\varDelta\Gamma$ una cum spatio Θ [ex hypothesi]. subtrahatur Θ spatium, quod commune est. itaque, quae reliqua est conica superficies, quae est inter lineas $A\varDelta$, $\Gamma\varDelta$, maior est triangulo $A\varDelta\Gamma$.

iam sit Θ spatium minus segmentis AB, $B\Gamma$. si igitur ambitus AB, $B\Gamma$ in duas partes aequales secuerimus et dimidios ambitus in duas aequales, relinquemus aliquando segmenta minora quam Θ spatium [prop. 6 p. 24, 1]. relinquantur segmenta, quae sunt in lineis AE, EB, BZ, $Z\Gamma$, et ducantur $\varDelta E$, $\varDelta Z$. rursus igitur eodem modo [quo supra p. 34, 26] superficies coni, quae est inter lineas $A\varDelta$, $\varDelta E$, cum segmento in linea AE posito maior est triangulo $A\varDelta E$, et coni superficies, quae est inter lineas $E\varDelta$, $\varDelta B$, cum segmento in EB linea posito maior est triangulo $E\varDelta B$. quare superficies, quae est inter $A\varDelta$, $\varDelta B$, cum segmentis AE, EB maior est triangulis $A\varDelta E$, $EB\varDelta$. sed quoniam trianguli $AE\varDelta$, $\varDelta EB$ maiores sunt $AB\varDelta$ triangulo [u. Eutocius, p. 34, 19], multo igitur magis superficies conica, quae est inter lineas $A\varDelta$, $\varDelta B$, cum segmentis in AE, EB positis maior est triangulo $A\varDelta B$.

---

1) *Nam ex hypothesi est* $\Theta \gtreqless AEB + \Gamma ZB$ segmentis.

ΑΔΒ τριγώνου. διὰ τὰ αὐτὰ δὲ καὶ ἡ ἐπιφάνεια ἡ μεταξὺ τῶν ΒΔΓ μετὰ τῶν ἐπὶ τῶν ΒΖ, ΖΓ μείζων ἐστὶν τοῦ ΒΔΓ τριγώνου. ὅλη ἄρα ἡ ἐπιφάνεια ἡ μεταξὺ τῶν ΑΔΓ μετὰ τῶν εἰρημένων τμημάτων μείζων ἐστὶ τῶν ΑΒΔ, ΔΒΓ τριγώνων· ταῦτα δέ ἐστιν ἴσα τῷ ΑΔΓ τριγώνῳ καὶ τῷ Θ χωρίῳ· ὧν τὰ εἰρημένα τμήματα ἐλάσσονα τοῦ Θ χωρίου. λοιπὴ ἄρα ἡ ἐπιφάνεια ἡ μεταξὺ τῶν ΑΔΓ μείζων ἐστὶν τοῦ ΑΔΓ τριγώνου.

ι'.

Ἐὰν ἐπιψαύουσαι ἀχθῶσιν τοῦ κύκλου, ὅς ἐστι βάσις τοῦ κώνου, ἐν τῷ αὐτῷ ἐπιπέδῳ οὖσαι τῷ κύκλῳ καὶ συμπίπτουσαι ἀλλήλαις, ἀπὸ δὲ τῶν ἁφῶν καὶ τῆς συμπτώσεως ἐπὶ τὴν κορυφὴν τοῦ κώνου εὐθεῖαι ἀχθῶσιν, τὰ περιεχόμενα τρίγωνα ὑπὸ τῶν ἐπιψαυουσῶν καὶ τῶν ἐπὶ τὴν κορυφὴν τοῦ κώνου ἐπιζευχθεισῶν εὐθειῶν μείζονά ἐστι τῆς τοῦ κώνου ἐπιφανείας τῆς ἀπολαμβανομένης ὑπ' αὐτῶν.

ἔστω κῶνος, οὗ βάσις μὲν ὁ ΑΒΓ κύκλος, κορυφὴ δὲ τὸ Ε σημεῖον, καὶ τοῦ ΑΒΓ κύκλου ἐφαπτόμεναι ἤχθωσαν ἐν τῷ αὐτῷ ἐπιπέδῳ οὖσαι αἱ ΑΔ, ΓΔ, καὶ ἀπὸ τοῦ Ε σημείου, ὅ ἐστιν κορυφὴ τοῦ κώνου, ἐπὶ τὰ Α, Δ, Γ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΕΑ, ΕΔ, ΕΓ· λέγω, ὅτι τὰ ΑΔΕ, ΔΕΓ τρίγωνα μείζονά ἐστι τῆς κωνικῆς ἐπιφανείας τῆς μεταξὺ τῶν ΑΕ, ΓΕ εὐθειῶν καὶ τῆς ΑΒΓ περιφερείας.

---

1. *δέ*] scripsi; *δη* F, uulgo. 2. *ΒΔΓ*] scripsi; *ΑΒΓ* F, uulgo; *ΒΔ, ΔΓ* Torellius. *ΒΖ, ΖΓ τμημάτων* Nizze. 6. *το Θ* F; corr. Torellius. *ὧν*] *ὡς* Nizze. 8. *ΑΔΓ*] *ΑΔΕ* F; corr. *ed. Basil.* 10. *ια'* F. 19. *κονος* F. 25. *επιφανιας* F.

eodem autem modo adparet superficiem, quae inter $B\Delta$, $\Delta\Gamma$ lineas sit, cum segmentis in BZ, $Z\Gamma$ positis maiorem esse triangulo $B\Delta\Gamma$. tota igitur superficies, quae est inter $A\Delta$, $\Delta\Gamma$ lineas, una cum segmentis, quae commemorauimus [AE, EB, BZ, $Z\Gamma$], maior est triangulis $AB\Delta$, $\Delta B\Gamma$, qui sunt triangulo $A\Delta\Gamma$ et spatio Θ aequales [ex hypothesi]. ex illis [h. e. superficie conica, quae inter lineas $A\Delta$, $\Delta\Gamma$ et $AEBZ\Gamma$ ambitum est, et segmentis AE, EB, BZ, $Z\Gamma$] autem segmenta, quae commemorauimus, minora sunt spatio Θ [ex constructione]. quare quae reliqua est superficies inter $A\Delta$, $\Delta\Gamma$ lineas posita, maior est triangulo $A\Delta\Gamma$.[1])

X.

Si ducuntur lineae tangentes circulum, qui basis est coni [aequicrurii][2]), in plano circuli positae et concurrentes, a punctis autem contactus et concursus ad coni uerticem lineae ducuntur, trianguli, qui a contingentibus et lineis ad uerticem coni ductis continentur, maiores sunt superficie coni, quae ab his lineis abscinditur.

sit conus, cuius basis circulus $AB\Gamma$, uertex autem punctum E, et ducantur lineae circulum $AB\Gamma$ contingentes in plano eodem positae, $A\Delta$, $\Gamma\Delta$, et ab E puncto, quod est uertex coni, ad A, Δ, Γ puncta ducantur lineae EA, $E\Delta$, $E\Gamma$. dico, triangulos $A\Delta E$, $\Delta E\Gamma$ maiores esse quam coni superficiem, quae inter lineas AE, ΓE et ambitum $AB\Gamma$ est.

1) Nam etiamsi aequalia essent segmenta spatio Θ, idem fieret (Eucl. I κοιν. ἐνν. 5); eo magis cum segmenta etiam minora sint.

2) *Hoc uerbum Archimedes* uix omiserat; Quaest. Arch. p. 73.

ἤχθω γὰρ ἡ HBZ ἐφαπτομένη τοῦ κύκλου καὶ παράλληλος οὖσα τῇ $A\Gamma$ δίχα τμηθείσης τῆς $AB\Gamma$ περιφερείας κατὰ τὸ B· καὶ ἀπὸ τῶν H, Z ἐπὶ τὸ E ἐπεζεύχθωσαν αἱ HE, ZE. καὶ ἐπεὶ μείζους εἰσὶν αἱ $H\Delta$, ΔZ τῆς HZ, κοιναὶ προσκείσθωσαν αἱ HA, $Z\Gamma$· ὅλαι ἄρα αἱ $A\Delta$, $\Delta\Gamma$ μείζους εἰσὶν τῶν AH, HZ, $Z\Gamma$. καὶ ἐπεὶ αἱ AE, EB, $E\Gamma$ πλευραί εἰσιν τοῦ κώνου, ἴσαι εἰσὶν διὰ τὸ ἰσοσκελῆ εἶναι τὸν κῶνον. ὁμοίως δὲ καὶ κάθετοί εἰσιν [ὡς ἐδείχθη ἐν τῷ λήμματι]· τὰ δὲ ὑπὸ τῶν καθέτων καὶ τῶν βάσεων τῶν $AE\Delta$, $\Delta\Gamma E$ τριγώνων μείζονά ἐστι τῶν AHE, HEZ, $ZE\Gamma$ τριγώνων. εἰσὶν γὰρ αἱ μὲν AH, HZ, $Z\Gamma$ ἐλάσσους τῶν $\Gamma\Delta$, ΔA, τὰ δὲ ὕψη αὐτῶν ἴσα [φανερὸν γάρ, ὅτι ἡ ἀπὸ τῆς κορυφῆς τοῦ ὀρθοῦ κώνου ἐπὶ τὴν ἐπαφὴν τῆς βάσεως ἐπιζευγνυμένη κάθετός ἐστιν ἐπὶ τὴν ἐφαπτομένην]. ᾧ δὲ μείζονά ἐστιν τὰ $AE\Delta$, $\Delta\Gamma E$ τρίγωνα τῶν AEH, HEZ, $ZE\Gamma$ τριγώνων, ἔστω τὸ Θ χωρίον· τὸ δὴ Θ χωρίον ἤτοι ἔλαττόν ἐστιν τῶν περιλειμμάτων τῶν $AHBK$, $BZ\Gamma\Lambda$ ἢ οὐκ ἔλαττον. ἔστω πρότερον μὴ ἔλαττον. ἐπεὶ οὖν εἰσιν ἐπιφάνειαι σύνθετοι, ἥ τε τῆς πυραμίδος τῆς ἐπὶ βάσεως τοῦ $HA\Gamma Z$ τραπεζίου κορυφὴν ἔχουσα τὸ E καὶ ἡ κωνικὴ ἐπιφάνεια ἡ μεταξὺ τῶν $AE\Gamma$ μετὰ τοῦ $AB\Gamma$ τμήματος, καὶ πέρας ἔχουσι τὴν αὐτὴν περίμετρον τοῦ

1. ἡ om. F. 9. λημματι F. 10. τῶν $AE\Delta$, $\Delta\Gamma E$ τριγώνων μείζονά ἐστι om. F; suppleuit Torellius. 16. δέ] scripsi; δη F, uulgo. 17. τὸ Θ χωρίον· τὸ δὴ Θ χωρίον om. F lacuna relicta; suppleuit ed. Basil. et Cr.; iam D: τὸ Θ χωρίον· τὸ δὴ χωρίον. τὸ δὲ Θ χωρίον, sed manu 2. 18. τῶν περιλειμμάτων usque ad ἐπεὶ οὖν lin. 20 (incl.) om. F lacuna relicta; suppleuit ed. Basil. (et Cr.), sed habet περιλημμάτων (περιλεμμ. Torellius) lin. 19, AHB, $BZ\Gamma$ lin. 19, πρῶτον et οὐκ (pro πρότερον μή) lin. 20, quos errores correxi. 21. βάσεως]

ducatur enim HBZ linea circulum contingens et lineae $A\Gamma$ parallela, ambitu $AB\Gamma$ in B puncto in duas partes aequales diuiso [u. Eutocius]. et ab H, Z punctis ad E punctum ducantur lineae HE, ZE. et quoniam $H\Delta + \Delta Z > HZ$ [Eucl. I, 20], communes addantur HA, $Z\Gamma$ lineae. itaque totae

$$A\Delta + \Delta\Gamma > AH + HZ + Z\Gamma.$$

et quoniam AE, EB, $E\Gamma$ latera sunt coni, aequales sunt, quia conus aequicrurius est. sed eaedem etiam perpendiculares sunt [u. Eutocius ad prop. 8]. sed trianguli $AE\Delta$, $\Delta\Gamma E$ maiores sunt triangulis AHE, HEZ, $ZE\Gamma$[1]); nam $AH + HE + Z\Gamma$ bases minores sunt $\Gamma\Delta + \Delta A$ basibus, et altitudines aequales[2]) [tum cfr. Eucl. VI, 1]. quo autem spatio maiores sunt trianguli $AE\Delta$, $\Delta\Gamma E$ triangulis AEH, HEZ, $ZE\Gamma$, sit Θ spatium. itaque Θ spatium aut minus est spatiis relictis $AHBK$, $BZ\Gamma\Lambda$[3]) aut non minus. sit prius ne minus. iam cum habeamus superficies coniunctas, superficiem pyramidis, cuius basis est trapezium $HA\Gamma Z$, uerticem

1) Archimedes sine dubio scripserat hunc fere in modum: *τὰ ἄρα* $AE\Delta$, $\Delta\Gamma E$ *τρίγωνα μείζονα* cett., quod etiam usus non Archimedeus uerbi *κάθετος* lin. 10 (Quaest. Arch. p. 71) significat; falsarius causam uoluit significare, sed tum postea scribendum erat: *τῶν ὑπὸ τῶν καθέτων καὶ τῶν βάσεων τῶν* AHE *κτλ.*

2) Uerba, quae sequuntur, subditiua et insuper transposita (Quaest. Arch. p. 74) iam Nizze damnauit.

3) Cum infra p. 42, 7 et 10 in codd. legatur $AHBK$, $BZ\Gamma\Lambda$ quod in ed. Basil. et apud Torellium in AHB, $BZ\Gamma$ mutatum est, non dubitaui hoc quoque loco eandem scripturam per se meliorem reponere, praesertim cum ex erroribus supra p. 40 not. correctis adparet, lacunam codicum in ed. Basil. coniectura suppletam esse.

βαως F. 22. *τραπεζίον*] *ι* in rasura manu 1 F. τὸ E] *τον E F; corr. ed. Basil.* *κονικη* F.

ΑΕΓ τριγώνου, δῆλον, ὡς ἡ ἐπιφάνεια τῆς πυραμίδος χωρὶς τοῦ *ΑΕΓ* τριγώνου μείζων ἐστὶν τῆς κωνικῆς



ἐπιφανείας μετὰ τοῦ τμήματος τοῦ *ΑΒΓ*. κοινὸν ἀφῃρήσθω τὸ *ΑΒΓ* τμῆμα. λοιπὰ ἄρα τὰ τρίγωνα τὰ *ΑΗΕ*, *ΗΕΖ*, *ΖΕΓ* μετὰ τῶν *ΑΗΒΚ*, *ΒΖΓΛ* περιλειμμάτων μείζονά ἐστιν τῆς κωνικῆς ἐπιφανείας τῆς μεταξὺ τῶν *ΑΕ*, *ΕΓ*. τῶν δὲ *ΑΗΒΚ*, *ΒΖΓΛ* περιλειμμάτων οὐκ ἔλασσόν ἐστι τὸ *Θ* χωρίον. πολλῷ ἄρα τὰ *ΑΗΕ*, *ΗΕΖ*, *ΖΕΓ* τρίγωνα μετὰ τοῦ *Θ* μείζονα ἔσται τῆς κωνικῆς ἐπιφανείας τῆς μεταξὺ τῶν *ΑΕ*, *ΕΓ*. ἀλλὰ τὰ *ΑΗΕ*, *ΗΕΖ*, *ΓΕΖ* τρίγωνα μετὰ τοῦ *Θ* ἐστιν τὰ *ΑΕΔ*, *ΔΕΓ* τρίγωνα. τὰ ἄρα *ΑΕΔ*, *ΔΕΓ* τρίγωνα μείζονα ἔσται τῆς εἰρημένης κωνικῆς ἐπιφανείας.

ἔστω δὴ τὸ *Θ* ἔλασσον τῶν περιλειμμάτων. ἀεὶ δὴ περιγράφοντες πολύγωνα περὶ τὰ τμήματα ὁμοίως δίχα τεμνομένων τῶν περιλειπομένων περιφερειῶν καὶ ἀγομένων ἐφαπτομένων λείψομέν τινα ἀπολείμματα, ἃ ἔσται ἐλάσσονα τοῦ *Θ* χωρίου. λελείφθω καὶ ἔστω τὰ *ΑΜΚ*, *ΚΝΒ*, *ΒΞΛ*, *ΛΟΓ* ἐλάσσονα ὄντα τοῦ *Θ* χωρίου, καὶ ἐπεζεύχθω ἐπὶ τὸ *Ε*. πάλιν δὴ φανερόν, ὅτι τὰ *ΑΗΕ*,

---

1. *ΑΕΓ*] *ΑΒΓ* F. 7. περιλειμμάτων] scripsi; περιλημμ. F, uulgo. 11. περιλειμμάτων] scripsi; περιλιματων F; περιλημμάτων uulgo. 17. *ΓΕΖ*] scripsi; om. F, uulgo ob praecedens *ΗΕΖ*; *ΖΕΓ* ed. Basil., Torellius. 21. περιλειμμάτων] scripsi; περιλημματων F (altero μ suprascripto manu 1), uulgo.

habentem E punctum, et superficiem conicam, quae est inter lineas AE, $E\Gamma$, una cum segmento $AB\Gamma$, et terminum habeant eandem perimetrum trianguli $AE\Gamma$, adparet, superficiem pyramidis praeter triangulum $AE\Gamma$ maiorem esse conica superficie una cum segmento $AB\Gamma$ [λαμβ. 4]. subtrahatur segmentum $AB\Gamma$ commune. itaque qui reliqui sunt trianguli AHE, HEZ, $ZE\Gamma$ una cum spatiis relictis $AHBK$, $BZ\Gamma\Delta$, maiores sunt superficie conica, quae est inter lineas AE, $E\Gamma$ [Eucl. I κοιν. ἐνν. 5]. spatium autem Θ non minus est spatiis relictis $AHBK$, $BZ\Gamma\Delta$. itaque trianguli AHE, HEZ, $ZE\Gamma$ una cum spatio Θ multo maiores erunt superficie conica, quae inter lineas AE, $E\Gamma$ est. sed [ex hypothesi] sunt:

$$AHE + HEZ + \Gamma EZ + \Theta = AE\Delta + \Delta E\Gamma.$$

itaque trianguli $AE\Delta$, $\Delta E\Gamma$ maiores erunt conica superficie, quam commemorauimus.

sit igitur Θ spatium minus quam spatia relicta. si igitur deinceps polygona circum segmenta[1]) circumscripserimus eodem modo [ut supra p. 40, 2] ambitus relictos in duas partes aequales diuidentes et lineas contingentes ducentes, relinquemus quaedam spatia minora spatio Θ[2]). relinquantur et sint AMK, KNB, $B\Xi\Delta$, $\Delta O\Gamma$ minora spatio Θ, et lineae ad E punctum

1) Debebat esse τὸ τμῆμα, et ex Eutocio adparet, Archimedem lin. 21 scripsisse: περιγράφοντες δὴ πολύγωνα περὶ τὸ τμῆμα.

2) Ex prop. 6 p. 24, 8. ceterum ex Eutocio comperimus, Archimedem lin. 24 scripsisse: ἀποτμήματα ἐλάσσονα τοῦ Θ χωρίου.

24. ἀπολείμματα] scripsi; απολιμματα F altero μ suprascripto *manu 1*; ἀπολήμματα ed. Basil.; ἀποτμήματα Torellius.

ΗΕΖ, ΖΕΓ τρίγωνα τῶν ΑΕΜ, ΜΕΝ, ΝΕΞ, ΞΕΟ, ΟΕΓ τριγώνων ἔσται μείζονα· αἵ τε γὰρ βάσεις τῶν βάσεών εἰσι μείζους καὶ τὸ ὕψος ἴσον. ἔτι δὲ πάλιν ὁμοίως μείζονα ἔχει ἐπιφάνειαν ἡ πυραμὶς ἡ βάσιν μὲν ἔχουσα τὸ ΑΜΝΞΟΓ πολύγωνον, κορυφὴν δὲ τὸ Ε χωρὶς τοῦ ΑΕΓ τριγώνου τῆς κωνικῆς ἐπιφανείας τῆς μεταξὺ τῶν ΑΕΓ μετὰ τοῦ ΑΒΓ τμήματος· κοινὸν ἀφῃρήσθω τὸ ΑΒΓ τμῆμα. λοιπὰ ἄρα τὰ ΑΕΜ, ΜΕΝ, ΝΕΞ, ΞΕΟ, ΟΕΓ τρίγωνα μετὰ τῶν ΑΜΚ, ΚΝΒ, ΒΞΛ, ΛΟΓ περιλειμμάτων μείζονα ἔσται τῆς κωνικῆς ἐπιφανείας τῆς μεταξὺ τῶν ΑΕΓ. ἀλλὰ τῶν μὲν εἰρημένων περιλειμμάτων μεῖζόν ἐστιν τὸ Θ χωρίον, τῶν δὲ ΑΕΜ, ΜΕΝ, ΝΕΞ, ΞΕΟ, ΟΕΓ τριγώνων μείζονα ἐδείχθη τὰ ΑΕΗ, ΗΕΖ, ΖΕΓ τρίγωνα. πολλῷ ἄρα τὰ ΑΕΗ, ΗΕΖ, ΖΕΓ τρίγωνα μετὰ τοῦ Θ χωρίου, τουτέστι τὰ ΑΔΕ, ΔΕΓ τρίγωνα, μείζονά ἐστιν τῆς κωνικῆς ἐπιφανείας τῆς μεταξὺ τῶν ΑΕΓ εὐθειῶν.

ια΄.

Ἐὰν ἐν ἐπιφανείᾳ ὀρθοῦ κυλίνδρου δύο εὐθεῖαι ὦσιν, ἡ ἐπιφάνεια τοῦ κυλίνδρου ἡ μεταξὺ τῶν εὐθειῶν μείζων ἐστὶν τοῦ παραλληλογράμμου τοῦ περιεχομένου ὑπό τε τῶν ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ κυλίνδρου εὐθειῶν καὶ τῶν ἐπιζευγνυουσῶν τὰ πέρατα αὐτῶν.

ἔστω κύλινδρος ὀρθός, οὗ βάσις μὲν ὁ ΑΒ κύκλος, ἀπεναντίον δὲ ὁ ΓΔ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΑΓ, ΒΔ.

---

3. *καὶ τὸ ὕψος* om. F, uulgo; *τὸ δὲ ὕψος* ed. Basil., Torellius. 10. *περιλημματων* F, uulgo. 12. *περιλειμμάτων*] scripsi; *περιλιματων* F; *περιλημμάτων* uulgo. 14. *ΑΕΗ*] *ΔΕΗ* F; *corr. Torellius.* 16. *ΔΕΓ*] *ΔΕC* F. 19. *ιβ΄* F.

ducantur[1]). rursus igitur adparet, triangulos AHE, HEZ, $ZE\Gamma$ maiores futuros esse triangulis AEM, MEN, $NE\Xi$, ΞEO, $OE\Gamma$; nam bases maiores sunt basibus [λαμβ. 2], et altitudines aequales [u. p. 41, 8]. porro autem rursus, uti supra [p. 42, 1], pyramis basim habens polygonum $AMN\Xi O\Gamma$, uerticem autem E punctum praeter triangulum $AE\Gamma$ superficiem maiorem habet coni superficie, quae est inter lineas AE, $E\Gamma$, cum segmento $AB\Gamma$ [λαμβ. 4]. subtrahatur, quod commune est segmentum $AB\Gamma$. itaque qui relinquuntur trianguli AEM, MEN, $NE\Xi$, ΞEO, $OE\Gamma$ cum spatiis relictis AMK, KNB, $B\Xi\Lambda$, $\Lambda O\Gamma$, maiores erunt conica superficie, quae est inter lineas AE, $E\Gamma$ [Eucl. I κοιν. ἐνν. 5]. sed spatiis relictis, quae commemorauimus, maius est spatium Θ [ex hypothesi], et demonstratum est, triangulis AEM, MEN, $NE\Xi$, ΞEO, $OE\Gamma$ maiores esse triangulos AEH, HEZ, $ZE\Gamma$. itaque trianguli AEH, HEZ, $ZE\Gamma$ cum Θ spatio, h. e. trianguli $A\Delta E$, $\Delta E\Gamma$, multo maiores sunt superficie conica, quae est inter lineas AE, $E\Gamma$.

XI.

Si in superficie cylindri recti duae lineae sunt, superficies cylindri, quae inter eas est, maior est parallelogrammo, quod a lineis in superficie cylindri ductis et lineis terminos earum iungentibus continetur.

sit cylindrus rectus, cuius basis sit circulus AB, ei autem oppositus $\Gamma\Delta$ circulus, et ducantur lineae $A\Gamma$,

1) Archimedes *scripserat:* ἐπεζεύχθωσαν p. 42, 25; de omisso *uerbo* εὐθεῖαι *cfr. quae collegi* Neue Jahrb. Suppl. XI p. 372.

λέγω, ὅτι ἡ ἀποτεμνομένη κυλινδρικὴ ἐπιφάνεια ὑπὸ τῶν ΑΓ, ΒΔ εὐθειῶν μείζων ἐστὶν τοῦ ΑΓΒΔ παραλληλογράμμου.

τετμήσθω γὰρ ἑκατέρα τῶν ΑΒ, ΓΔ δίχα κατὰ τὰ Ε, Ζ σημεῖα, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΑΕ, ΕΒ, ΓΖ, ΖΔ. καὶ ἐπεὶ αἱ ΑΕ, ΕΒ τῆς ΑΒ [διαμέτρου] μείζους εἰσίν, καί ἐστιν ἰσοϋψῆ τὰ παραλληλόγραμμα τὰ ἐπ' αὐτῶν, μείζονα οὖν ἐστιν τὰ παραλληλόγραμμα, ὧν [αἱ] βάσεις μὲν αἱ ΑΕ, ΕΒ, ὕψος δὲ τὸ αὐτὸ τῷ κυλίνδρῳ, τοῦ ΑΒΔΓ παραλληλογράμμου. τίνι ἄρα μείζονά ἐστιν; ἔστω τῷ Η χωρίῳ. τὸ δὴ Η χωρίον ἤτοι ἔλασσον τῶν ΑΕ, ΕΒ, ΓΖ, ΖΔ ἐπιπέδων ἐστὶ τμημάτων ἢ οὐκ ἔλασσον. ἔστω πρότερον μὴ ἔλασσον. καὶ ἐπεὶ ἡ ἀποτεμνομένη κυλινδρικὴ ἐπιφάνεια ὑπὸ τῶν ΑΓ, ΒΔ εὐθειῶν καὶ τὰ ΑΕΒ, ΓΖΔ τμήματα πέρας ἔχει τὸ τοῦ ΑΓΒΔ παραλληλογράμμου ἐπίπεδον, ἀλλὰ καὶ ἡ συγκειμένη ἐπιφάνεια ἐκ τῶν παραλληλογράμμων, ὧν βάσεις μὲν αἱ ΑΕ, ΕΒ, ὕψος δὲ τὸ αὐτὸ τῷ κυλίνδρῳ, καὶ τῶν ΑΕΒ, ΓΖΔ τριγώνων πέρας ἔχει τὸ τοῦ ΑΒΔΓ παραλληλογράμμου ἐπίπεδον, καὶ ἡ ἑτέρα τὴν ἑτέραν περιλαμβάνει, καὶ ἀμφότεραι ἐπὶ τὰ αὐτὰ κοῖλαί εἰσιν, μείζων οὖν ἐστιν ἡ



2. ΑΓΔΒ Torellius. 4. ΓΔ] περιφερειῶν add. ed. Basil., Torellius. 6. διαμέτρου, per se falsum, sed ad figuram codicum adcommodatum, om. ed. Basil., Torellius. 9. αἱ] *deleo.* βάσεις] βασ cum compendio syllabae ις uel ης F. *15.* ἡ] *addidi.* 17. τμήματα] τριγωνα F; corr. Torellius.

$B\Delta$. dico, superficiem cylindricam lineis $A\Gamma$, $B\Delta$ abscisam maiorem esse parallelogrammo $A\Gamma B\Delta$.

secetur enim uterque [ambitus][1]) AB, $\Gamma\Delta$ in duas partes aequales punctis E, Z, et ducantur lineae AE, EB, ΓZ, $Z\Delta$. et quoniam $AE + EB > AB$ [Eucl. I, 20], et parallelogramma in iis posita eandem habent altitudinem [quia rectus est cylindrus], parallelogramma igitur, quorum bases sunt lineae AE, EB, altitudo uero eadem, quae cylindri est, maiora sunt $AB\Delta\Gamma$ parallelogrammo [Eucl. VI, 1]. quo autem spatio maiora sunt, sit H spatium.[2]) Itaque spatium H aut minus est segmentis planis AE, EB, ΓZ, $Z\Delta$, aut non minus. prius sit ne minus. et quoniam superficies cylindrica lineis $A\Gamma$, $B\Delta$ abscisa cum segmentis AEB, $\Gamma Z\Delta$ terminum habet planum parallelogrammi $A\Gamma B\Delta$, superficies autem ex parallelogrammis, quorum bases sunt AE, EB lineae, altitudo autem eadem, quae cylindri est, et ex triangulis AEB, $\Gamma Z\Delta$ composita et ipsa terminum habet planum parallelogrammi $AB\Delta\Gamma$, et altera alteram comprehendit, et utraque in eandem partem caua est,

1) Hoc uerbum Archimedes ipse uix omiserat, praesertim cum eo non addito AB, $\Gamma\Delta$ necessario de lineis rectis acciperentur.

2) Formam horum uerborum (lin. 10—11) putidam genuinam non esse, nemo non sentit. puto Archimedem, ut prop. 10 p. 40, 16, scripsisse: ᾧ δὲ μείζονά ἐστιν, ἔστω τὸ Η χωρίον. Etiam in sequentibus hic illic quaedam a falsario addita esse suspicor.

18. $AB\Delta\Gamma$ Torellius. 21. βάσεις] βασις F; corr. Torellius (BD? cfr. Torellius p. 432 ad 84, 19). 23. τῶν] scripsi; τα F, uulgo. 24. τριγώνων] scripsi; επιπεδα F; τρίγωνα BD, ed. Basil., Torellius. 26. ἡ] addidi. 27. κοιλα F; corr. B.

ἀποτεμνομένη κυλινδρικὴ ἐπιφάνεια ὑπὸ τῶν ΑΓ, ΒΔ εὐθειῶν καὶ τὰ ΑΕΒ, ΓΖΔ ἐπίπεδα τμήματα τῆς συγκειμένης ἐπιφανείας ἐκ τῶν παραλληλογράμμων, ὧν [αἱ] βάσεις μὲν αἱ ΑΕ, ΕΒ, ὕψος δὲ τὸ αὐτὸ τῷ κυλίνδρῳ, καὶ τῶν ΑΕΒ, ΓΖΔ τριγώνων. κοινὰ ἀφῃρήσθω τὰ ΑΕΒ, ΓΖΔ τρίγωνα. λοιπὴ οὖν ἡ ἀποτεμνομένη κυλινδρικὴ ἐπιφάνεια ὑπὸ τῶν ΑΓ, ΒΔ εὐθειῶν καὶ τὰ ΑΕ, ΕΒ, ΓΖ, ΖΔ ἐπίπεδα τμήματα μείζονά ἐστι τῆς συγκειμένης ἐπιφανείας ἐκ τῶν παραλληλογράμμων, ὧν βάσεις μὲν αἱ ΑΕ, ΕΒ, ὕψος δὲ τὸ αὐτὸ τῷ κυλίνδρῳ. τὰ δὲ παραλληλόγραμμα, ὧν βάσεις μὲν αἱ ΑΕ, ΕΒ, ὕψος δὲ τὸ αὐτὸ τῷ κυλίνδρῳ, ἴσα ἐστὶν τῷ ΑΓΒΔ παραλληλογράμμῳ καὶ τῷ Η χωρίῳ. λοιπὴ ἄρα ἡ ἀποτεμνομένη κυλινδρικὴ ἐπιφάνεια ὑπὸ τῶν ΑΓ, ΒΔ εὐθειῶν μείζων ἐστὶ τοῦ ΑΓΒΔ παραλληλογράμμου.

ἀλλὰ δὴ ἔστω ἔλασσον τὸ Η χωρίον τῶν ΑΕ, ΕΒ, ΓΖ, ΖΔ ἐπιπέδων τμημάτων· καὶ τετμήσθω ἑκάστη τῶν ΑΕ, ΕΒ, ΓΖ, ΖΔ περιφερειῶν δίχα κατὰ τὰ Θ, Κ, Λ, Μ σημεῖα, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΑΘ, ΘΕ, ΕΚ, ΚΒ, ΓΛ, ΛΖ, ΖΜ, ΜΔ [τῶν δὲ ΑΕ, ΕΒ, ΓΖ, ΖΔ ἄρα ἐπιπέδων τμημάτων ἀφαιρεῖται οὐκ ἔλασσον ἢ τὸ ἥμισυ τὰ ΑΘΕ, ΕΚΒ, ΓΛΖ, ΖΜΔ τρίγωνα]. τούτου οὖν ἑξῆς γινομένου καταλειφθήσεταί τινα τμήματα, ἃ ἔσται ἐλάσσονα τοῦ Η χωρίου. καταλελείφθω καὶ ἔστω τὰ ΑΘ, ΘΕ, ΕΚ, ΚΒ, ΓΛ, ΛΖ, ΖΜ, ΜΔ.

---

4. αἱ] deleo. βάσεις] βασ cum compendio ις uel ης F. τό] τω F. αὐτό] αυτω F, sed corr. man. 1. 6. αφαιρησθω F; corr. Torellius. ΑΕΒ] ΕΒ F. 8. εὐθειῶν] ευθεια F. 10. βάσεις ut lin. 4 F. 11. τῷ] om. F; corr. AB. 12. βάσεις] βασις F; corr. BD. αὐτὸ τῷ] scripsi ex B; τῷ *om. F, uulgo.* 13. ΑΓΔΒ Torellius. 16. ΑΓΔΒ Torellius.

maior igitur est superficies cylindrica lineis $A\Gamma$, $B\Delta$ abscisa cum segmentis planis AEB, $\Gamma Z\Delta$, quam superficies ex parallelogrammis, quorum bases sunt AE, EB lineae, altitudo autem eadem, quae cylindri est, et triangulis AEB, $\Gamma Z\Delta$ composita [λαμβ. 4]. subtrahantur trianguli AEB, $\Gamma Z\Delta$ communes. itaque quae relinquitur superficies cylindrica lineis $A\Gamma$, $B\Delta$ abscisa cum segmentis planis AE, EB, ΓZ, $Z\Delta$, maior est superficie ex parallelogrammis composita, quorum bases sunt lineae AE, EB, altitudo autem eadem, quae cylindri est. haec autem parallelogramma aequalia sunt parallelogrammo $A\Gamma B\Delta$ una cum spatio H [ex hypothesi]. itaque quae relinquitur superficies cylindrica lineis $A\Gamma$, $B\Delta$ abscisa, maior est parallelogrammo $A\Gamma B\Delta$.[1])

sed rursus sit spatium H minus segmentis planis AE, EB, ΓZ, $Z\Delta$. et secentur ambitus AE, EB, ΓZ, $Z\Delta$ omnes in duas partes aequales punctis Θ, K, Λ, M, et ducantur lineae $A\Theta$, ΘE, EK, KB, $\Gamma\Lambda$, ΛZ, ZM, $M\Delta$.[2]) quod si deinceps fecerimus, relinquentur segmenta quaedam, quae minora erunt spatio H. relinquantur et sint $A\Theta$, ΘE, EK, KB, $\Gamma\Lambda$, ΛZ, ZM, $M\Delta$ segmenta. similiter igitur[3]) demonstrabimus paralle-

---

1) Quia ex hypothesi $H \geqq AE + EB + \Gamma Z + Z\Delta$ segmentis.

2) Uerba, quae sequuntur: *τῶν δέ* lin. 21 — *τρίγωνα* lin. 23 subditiua sunt. Archimedes tacite usus erat prop. 6 p. 24, 6, ubi de ea ipsa re, de qua in uerbis subditiuis agitur, Euclides citatur, demonstratione propria non addita; nec apud Archimedem quidquam inuenitur, unde colligatur

$$A\Theta E + EKB + \Gamma\Lambda Z + ZM\Delta \geqq \tfrac{1}{2}(AE + EB + \Gamma Z + Z\Delta).$$

praeterea offendunt *particulae δέ* et *ἄρα* coniunctae.

3) *Sc. ac supra p. 46, 8* ex Eucl. I, 20; VI, 1.

ὁμοίως δὴ δείξομεν, ὅτι τὰ παραλληλόγραμμα, ὧν βάσεις μὲν αἱ ΑΘ, ΘΕ, ΕΚ, ΚΒ, ὕψος δὲ τὸ αὐτὸ τῷ κυλίνδρῳ, μείζονα ἔσται τῶν παραλληλογράμμων, ὧν βάσεις μὲν αἱ ΑΕ, ΕΒ, ὕψος δὲ τὸ αὐτὸ τῷ κυλίνδρῳ. καὶ ἐπεὶ ἡ ἀποτεμνομένη κυλινδρικὴ ἐπιφάνεια ὑπὸ τῶν ΑΓ, ΒΔ εὐθειῶν καὶ τὰ ΑΕΒ, ΓΖΔ ἐπίπεδα τμήματα πέρας ἔχει τὸ τοῦ ΑΓΒΔ παραλληλογράμμου ἐπίπεδον, ἀλλὰ καὶ ἡ συγκειμένη ἐπιφάνεια ἐκ τῶν παραλληλογράμμων, ὧν βάσεις μὲν αἱ ΑΘ, ΘΕ, ΕΚ, ΚΒ, ὕψος δὲ τὸ αὐτὸ τῷ κυλίνδρῳ, καὶ τῶν ΑΘΕΚΒ, ΓΛΖΜΔ εὐθυγράμμων, κοινὰ ἀφῃρήσθω τὰ ΑΘΕΚΒ, ΓΛΖΜΔ εὐθύγραμμα· λοιπὴ ἄρα ἡ ἀποτεμνομένη κυλινδρικὴ ἐπιφάνεια ὑπὸ τῶν ΑΓ, ΒΔ εὐθειῶν καὶ τὰ ΑΘ, ΘΕ, ΕΚ, ΚΒ, ΓΛ, ΛΖ, ΖΜ, ΜΔ ἐπίπεδα τμήματα μείζονά ἐστιν τῆς συγκειμένης ἐπιφανείας ἐκ τῶν παραλληλογράμμων, ὧν βάσεις μὲν αἱ ΑΘ, ΘΕ, ΕΚ, ΚΒ, ὕψος δὲ τὸ αὐτὸ τῷ κυλίνδρῳ. τὰ δὲ παραλληλόγραμμα, ὧν βάσεις μὲν αἱ ΑΘ, ΘΕ, ΕΚ, ΚΒ, ὕψος δὲ τὸ αὐτὸ τῷ κυλίνδρῳ, μείζονά ἐστιν τῶν παραλληλογράμμων, ὧν βάσεις μὲν αἱ ΑΕ, ΕΒ, ὕψος δὲ τὸ αὐτὸ τῷ κυλίνδρῳ· καὶ ἡ ἀποτεμνομένη ἄρα κυλινδρικὴ ἐπιφάνεια ὑπὸ τῶν ΑΓ, ΒΔ εὐθειῶν καὶ τὰ ΑΘ, ΘΕ, ΕΚ, ΚΒ, ΓΛ, ΛΖ, ΖΜ, ΜΔ ἐπίπεδα τμήματα μείζονά ἐστιν τῶν παραλληλογράμμων, ὧν βάσεις μὲν αἱ ΑΕ,

1. των παραλληλογραμμων F; corr. ed. Basil. βασις F; corr. BD. 3. τα παραλληλογραμμα F; corr. Cr., ed. Basil. 4. βασις F. τῷ om. F. 7. ΑΓΔΒ Torellius. 9. βάσεις] βασις F; corr. BD. ὧν βάσεις μέν in rasura F. 11. κονα F; corr. manus 2. 17. βασ cum compendio ις uel ης F; corr. BD. 18. τῷ om. F. βασις F; corr. BD. 21. βάσεις ut lin. 17 F; corr. BD. αἱ om. F. 25. βάσεις ut lin. 17 *F; corr. BD.*

logramma, quorum bases sint *AΘ*, *ΘE*, *EK*, *KB*, altitudo autem eadem, quae cylindri est, maiora futura esse parallelogrammis, quorum bases sint lineae *AE*, *EB*, altitudo autem eadem, quae cylindri est. et quoniam superficies cylindrica lineis *AΓ*, *BΔ* abscisa cum segmentis planis *AEB*, *ΓZΔ* terminum habet planum parallelogrammi *AΓBΔ*, superficies autem ex parallelogrammis, quorum bases sunt lineae *AΘ*, *ΘE*, *EK*, *KB*, altitudo autem eadem, quae cylindri est, et figuris rectilineis *AΘEKB*, *ΓΛZMΔ* composita [et ipsa terminum habet planum parallelogrammi *AΓBΔ*, maior igitur est superficies cylindrica lineis *AΓ*, *BΔ* abscisa cum segmentis planis *AEB*, *ΓZΔ* superficie ex parallelogrammis, quorum bases sunt lineae *AΘ*, *ΘE*, *EK*, *KB*, altitudo autem eadem, quae cylindri est, et figuris rectilineis *AΘEKB*, *ΓΛZMΔ* composita (λαμβ. 4)].[1]) subtrahantur figurae *AΘEKB*, *ΓΛZMΔ* communes. itaque quae relinquitur superficies cylindrica lineis *AΓ*, *BΔ* abscisa cum segmentis planis *AΘ*, *ΘE*, *EK*, *KB*, *ΓΛ*, *ΛZ*, *ZM*, *MΔ*, maior est superficie cylindrica ex parallelogrammis composita, quorum bases sunt lineae *AΘ*, *ΘE*, *EK*, *KB*, altitudo autem eadem, quae cylindri est. haec autem parallelogramma maiora sunt parallelogrammis, quorum bases sunt lineae *AE*, *EB*, altitudo autem

1) Post *εὐθυγράμμων* lin. 11 aut a transscriptore aut a librariis haec fere omissa esse puto: *πέρας ἔχει τὸ τοῦ ΑΓΒΔ παραλληλογράμμου ἐπίπεδον, μείζων οὖν ἐστιν ἡ ἀποτεμνομένη κυλινδρικὴ ἐπιφάνεια ὑπὸ τῶν ΑΓ, ΒΔ εὐθειῶν καὶ τὰ ΑΕΒ, ΓΖΔ ἐπίπεδα τμήματα τῆς συγκειμένης ἐπιφανείας ἐκ τῶν παραλληλογράμμων, ὧν βάσεις μὲν αἱ ΑΘ, ΘΕ, ΕΚ, ΚΒ, ὕψος δὲ τὸ αὐτὸ τῷ κυλίνδρῳ, καὶ τῶν ΑΘΕΚΒ, ΓΛΖΜΔ εὐθυγράμμων* (cfr. p. 46—48).

ΕΒ, ὕψος δὲ τὸ αὐτὸ τῷ κυλίνδρῳ. τὰ δὲ παραλληλόγραμμα, ὧν βάσεις μὲν αἱ *ΑΕ*, *ΕΒ*, ὕψος δὲ τὸ αὐτὸ τῷ κυλίνδρῳ, ἴσα ἐστὶν τῷ *ΑΔΓΒ* παραλληλογράμμῳ καὶ τῷ *Η* χωρίῳ· καὶ ἡ ἀποτεμνομένη ἄρα κυλινδρικὴ ἐπιφάνεια ὑπὸ τῶν *ΑΓ*, *ΒΔ* εὐθειῶν καὶ τὰ *ΑΘ*, *ΘΕ*, *ΕΚ*, *ΚΒ*, *ΓΛ*, *ΛΖ*, *ΖΜ*, *ΜΔ* ἐπίπεδα τμήματα μείζονά ἐστιν τοῦ *ΑΓΒΔ* παραλληλογράμμου καὶ τοῦ *Η* χωρίου. ἀφαιρεθέντων δὲ τὰ *ΑΘ*, *ΘΕ*, *ΕΚ*, *ΚΒ*, *ΓΛ*, *ΛΖ*, *ΖΜ*, *ΜΔ* τμήματα τοῦ *Η* χωρίου ἐλάσσονα. λοιπὴ ἄρα ἡ ἀποτεμνομένη κυλινδρικὴ ἐπιφάνεια ὑπὸ τῶν *ΑΓ*, *ΒΔ* εὐθειῶν μείζων ἐστὶν τοῦ *ΑΓΒΔ* παραλληλογράμμου.

ιβ΄.

Ἐὰν ἐν ἐπιφανείᾳ κυλίνδρου τινὸς ὀρθοῦ δύο εὐθεῖαι ὦσιν, ἀπὸ δὲ τῶν περάτων τῶν εὐθειῶν ἀχθῶσίν τινες ἐπιψαύουσαι τῶν κύκλων, οἵ εἰσιν βάσεις τοῦ κυλίνδρου, ἐν τῷ ἐπιπέδῳ αὐτῶν οὖσαι καὶ συμπέσωσιν, τὰ παραλληλόγραμμα τὰ περιεχόμενα ὑπό τε τῶν ἐπιψαυουσῶν καὶ τῶν πλευρῶν τοῦ κυλίνδρου μείζονα ἔσται τῆς ἐπιφανείας τοῦ κυλίνδρου τῆς μεταξὺ τῶν εὐθειῶν τῶν ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ κυλίνδρου

ἔστω κυλίνδρου τινὸς ὀρθοῦ βάσις ὁ *ΑΒΓ* κύκλος, καὶ ἔστωσαν ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ αὐτοῦ δύο εὐθεῖαι, ὧν πέρατα τὰ *Α*, *Γ*· ἀπὸ δὲ τῶν *Α*, *Γ* ἤχθωσαν ἐπιψαύουσαι τοῦ κύκλου ἐν τῷ αὐτῷ ἐπιπέδῳ οὖσαι καὶ συμπιπτέτωσαν κατὰ τὸ *Η*. νοείσθωσαν δὲ καὶ ἐν τῇ

2. βασις F. 3. *ΑΔΓΒ*] FB*; *ΑΔΒΓ* C*; *ΑΓΔΒ* uulgo. παραλληλογραμμα FC. 8. ἀφαιρεθέντων] scripsi; αφαιρεθεντα F, uulgo. 10. λοιπον F; corr. B. 12. *ΑΓΔΒ* Torellius. 13. ιγ΄ F. 16. βάσεις] βασ cum compendio ις uel ης F; corr. D.

eadem, quae cylindri est. itaque etiam superficies cylindrica lineis $A\Gamma$, $B\Delta$ abscisa et segmenta plana $A\Theta$, ΘE, EK, KB, $\Gamma\Lambda$, ΛZ, ZM, $M\Delta$ maiora sunt parallelogrammis, quorum bases sunt AE, EB lineae, altitudo autem eadem, quae cylindri est. haec autem parallelogramma aequalia sunt parallelogrammo $A\Gamma B\Delta$ et spatio H [ex hypothesi]. itaque etiam superficies cylindrica lineis $A\Gamma$, $B\Delta$ abscisa cum segmentis planis $A\Theta$, ΘE, EK, KB, $\Gamma\Lambda$, ΛZ, ZM, $M\Delta$ maior est parallelogrammo $A\Gamma B\Delta$ cum H spatio. subtrahantur autem segmenta $A\Theta$, ΘE, EK, KB, $\Gamma\Lambda$, ΛZ, ZM, $M\Delta$ minora spatio H [p. 48, 25]. itaque quae relinquitur superficies cylindrica lineis $A\Gamma$, $B\Delta$ abscisa, maior est parallelogrammo $A\Gamma B\Delta$.

XII.

Si in superficie cylindri recti duae lineae datae sunt, et a terminis linearum ducuntur lineae circulos contingentes, qui bases sunt cylindri, in plano circulorum positae, et concurrunt[1]), parallelogramma, quae lineis contingentibus et lateribus cylindri continentur, maiora erunt superficie cylindri, quae inter lineas est in superficie cylindri ductas.

sit circulus $AB\Gamma$ basis cylindri recti, et in superficie eius duae lineae datae sint, quarum termini sint A, Γ puncta. ab A, Γ autem punctis ducantur lineae circulum contingentes in eodem plano positae, et concurrant in puncto H. fingantur autem etiam in altera

1) *Prop. 10 p. 38, 13* erat: καὶ συμπίπτουσαι.

ἑτέρᾳ βάσει τοῦ κυλίνδρου ἀπὸ τῶν περάτων τῶν ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ εὐθεῖαι ἠγμέναι ἐπιψαύουσαι τοῦ κύκλου. δεικτέον, ὅτι τὰ παραλληλόγραμμα τὰ περιεχόμενα ὑπὸ τῶν ἐπιψαυουσῶν καὶ τῶν πλευρῶν τοῦ κυλίνδρου μείζονά ἐστι τῆς κατὰ τὴν *ΑΒΓ* περιφέρειαν ἐπιφανείας τοῦ κυλίνδρου.

ἤχθω γὰρ ἡ *ΕΖ* ἐπιψαύουσα, καὶ ἀπὸ τῶν *Ε*, *Ζ* σημείων ἤχθωσάν τινες εὐθεῖαι παρὰ τὸν ἄξονα τοῦ κυλίνδρου ἕως τῆς ἐπιφανείας τῆς ἑτέρας βάσεως. τὰ δὴ παραλληλόγραμμα τὰ περιεχόμενα ὑπὸ τῶν *ΑΗ*, *ΗΓ* καὶ τῶν πλευρῶν τοῦ κυλίνδρου μείζονά ἐστι τῶν παραλληλογράμμων τῶν περιεχομένων ὑπό τε τῶν *ΑΕ*, *ΕΖ*, *ΖΓ* καὶ τῆς πλευρᾶς τοῦ κυλίνδρου [ἐπεὶ γὰρ αἱ *ΕΗ*, *ΗΖ* τῆς *ΕΖ* μείζους εἰσίν, κοιναὶ προσκείσθωσαν αἱ *ΑΕ*, *ΖΓ*. ὅλαι ἄρα αἱ *ΗΑ*, *ΗΓ* μείζους εἰσὶν τῶν *ΑΕ*, *ΕΖ*, *ΖΓ*]. ᾧ δὴ μείζονά ἐστιν, ἔστω τὸ *Κ* χωρίον. τοῦ δὴ *Κ* χωρίου τὸ ἥμισυ ἤτοι μεῖζόν ἐστι τῶν σχημάτων τῶν περιεχομένων ὑπὸ τῶν *ΑΕ*, *ΕΖ*, *ΖΓ* εὐθειῶν καὶ τῶν *ΑΔ*, *ΔΒ*, *ΒΘ*, *ΘΓ* περιφερειῶν



1. περάτων τῶν] τῶν om. F; corr. Torellius. 2. Post ἐπιφανείᾳ fortasse addendum est εὐθειῶν, cogitatione saltem. 13. τῶν πλευρῶν Cr., ed. Basil., Torellius. 16. εἰσίν] ειναι F; corr. B. κοναι F; corr. manus 2 (?).

basi cylindri a terminis linearum in superficie ductarum lineae circulum contingentes ductae. demonstrandum, parallelogramma, quae lineis contingentibus et lateribus cylindri contineantur, maiora esse superficie cylindrica in ambitu $AB\Gamma$ posita.

ducatur enim EZ linea contingens[1]), et a punctis E, Z ducantur lineae axi cylindri parallelae usque ad[2]) superficiem[3]) alterius basis. itaque parallelogramma, quae lineis AH, $H\Gamma$ et lateribus cylindri continentur, maiora sunt parallelogrammis, quae lineis AE, EZ, $Z\Gamma$ et latere cylindri continentur.[4]) quo igitur maiora sunt spatio, sit K spatium. itaque dimidium spatii K aut maius est figuris, quae lineis AE, EZ, $Z\Gamma$ et arcubus $A\Delta$, ΔB, $B\Theta$, $\Theta\Gamma$ continentur, aut non maius. sit prius maius. superficiei autem, quae composita est ex parallelogrammis in lineis AE, EZ,

---

1) Post ἐπιψαύουσα lin. 7 Nizze addi uult: δίχα τμηθείσης τῆς $AB\Gamma$ περιφερείας κατὰ τὸ B, et fortasse sic scripserat Archimedes.

2) Archimedes ipse particula ἕως hoc modo non utitur; quare puto eam a transscriptore pro ἔστε πρὸς uel μέχρι suppositam esse (Quaest. Arch. p. 70).

3) Puto Archimedem aut τῆς ἐπιφανείας omisisse aut τοῦ ἐπιπέδου scripsisse; neque enim apte commemoratur ἡ ἐπιφάνεια τῆς βάσεως, quasi ἡ βάσις solida sit.

4) Nam $EH + HZ > EZ$ (Eucl. I, 20)

$$\frac{AE + Z\Gamma = AE + Z\Gamma}{AH + H\Gamma > AE + EZ + Z\Gamma.}$$

itaque cum altitudo eadem sit, parallelogramma, quorum bases sunt AH, $H\Gamma$, maiora sunt parallelogrammis, quorum bases sunt AE, EZ, $Z\Gamma$ (Eucl. VI, 1). sed quae in Graecis addita sunt uerba lin. 14—20, ualde mihi suspecta sunt, quia Archimedes causam, qua nititur aliquid, praemittere solet, non postea addere. *etiam in sequentibus fortasse quaedam addita, quaedam mutata sunt.*

ἢ οὔ. ἔστω πρότερον μεῖζον. τῆς δὲ ἐπιφανείας τῆς συγκειμένης ἐκ τῶν παραλληλογράμμων τῶν κατὰ τὰς ΑΕ, ΕΖ, ΖΓ καὶ τοῦ ΑΕΖΓ τραπεζίου καὶ τοῦ κατεναντίον αὐτοῦ ἐν τῇ ἑτέρᾳ βάσει τοῦ κυλίνδρου πέρας ἐστὶν ἡ περίμετρος τοῦ παραλληλογράμμου τοῦ κατὰ τὴν ΑΓ. ἔστιν δὲ καὶ τῆς ἐπιφανείας τῆς συγκειμένης ἐκ τῆς ἐπιφανείας τοῦ κυλίνδρου τῆς κατὰ τὴν ΑΒΓ περιφέρειαν καὶ τῶν τμημάτων τοῦ τε ΑΒΓ καὶ τοῦ ἀπεναντίον αὐτοῦ πέρας ἡ αὐτὴ περίμετρος. αἱ οὖν εἰρημέναι ἐπιφάνειαι τὸ αὐτὸ πέρας ἔχουσαι τυγχάνουσιν, ὅπερ ἐστὶν ἐν ἐπιπέδῳ, καί εἰσιν ἀμφότεραι ἐπὶ τὰ αὐτὰ κοῖλαι, καί τινα μὲν περιλαμβάνει ἡ ἑτέρα αὐτῶν, τινὰ δὲ κοινὰ ἔχουσιν· ἐλάσσων ἄρα ἐστὶν ἡ περιλαμβανομένη· ἀφαιρεθέντων οὖν κοινῶν τοῦ τε ΑΒΓ τμήματος καὶ τοῦ ἀπεναντίον αὐτοῦ ἐλάσσων ἐστὶν ἡ ἐπιφάνεια τοῦ κυλίνδρου ἡ κατὰ τὴν ΑΒΓ περιφέρειαν τῆς συγκειμένης ἐπιφανείας ἔκ τε τῶν παραλληλογράμμων τῶν κατὰ τὰς ΑΕ, ΕΖ, ΖΓ καὶ τῶν σχημάτων τῶν ΑΕΒ, ΒΖΓ καὶ τῶν ἀπεναντίον αὐτῶν. αἱ δὲ τῶν εἰρημένων παραλληλογράμμων ἐπιφάνειαι μετὰ τῶν εἰρημένων σχημάτων ἐλάττους εἰσὶν τῆς ἐπιφανείας τῆς συγκειμένης ἐκ τῶν παραλληλογράμμων τῶν κατὰ τὰς ΑΗ, ΗΓ [μετὰ γὰρ τοῦ Κ μείζονος ὄντος τῶν σχημάτων ἴσαι ἦσαν αὐτοῖς]. δῆλον οὖν, ὅτι τὰ παραλληλόγραμμα τὰ περιεχόμενα ὑπὸ τῶν ΑΗ, ΓΗ καὶ τῶν πλευρῶν τοῦ κυλίνδρου μείζονά ἐστι τῆς ἐπιφανείας τοῦ κυλίνδρου τῆς κατὰ τὴν ΑΒΓ περιφέρειαν. εἰ δὲ μή ἐστι μεῖζον τὸ ἥμισυ τοῦ Κ χωρίου τῶν εἰρημένων

---

3. τραπεζειου F. 4. κατεναντίον] ἀπεναντίον? ἐν τῇ om. F; corr. A. 13. ἐλάσσων] ελασσω̃ F. 17. περιφερειας F per *compendium*; corr. A. 19. ΑΕΒ, ΒΖΓ] ΑΕ, ΕΒ, ΒΖ, ΖΓ F.

$Z\Gamma$ positis et trapezio $AEZ\Gamma$ et trapezio ei opposito, quod in altera basi est cylindri, terminus est perimetrus parallelogrammi in linea $A\Gamma$ positi. eadem autem perimetrus terminus est superficiei compositae ex superficie cylindri in ambitu $AB\Gamma$ posita et segmento $AB\Gamma$ et segmento ei opposito. itaque superficies, quas commemorauimus, eundem terminum habent in plano positum, et utraque in eandem partem caua est, et altera earum quaedam comprehendit, quaedam cum altera communia habet. minor igitur ea est, quae comprehenditur [λαμβ. 4]. si igitur segmentum $AB\Gamma$ et segmentum ei oppositum utrique communia subtrahimus, minor est superficies cylindri in ambitu $AB\Gamma$ posita superficie composita ex parallelogrammis in lineis AE, EZ, $Z\Gamma$ positis et figuris AEB, $BZ\Gamma$ et figuris iis oppositis. sed superficies parallelogrammorum, quae commemorauimus, cum figuris AEB, $BZ\Gamma$ et figuris iis oppositis minores sunt superficie composita ex parallelogrammis in lineis AH, $H\Gamma$ positis.[1]) quare adparet, parallelogramma, quae lineis AH, ΓH et lateribus cylindri contineantur, maiora esse superficie cylindri in ambitu $AB\Gamma$ posita. — sin non maius est dimidium spatii K figuris, quas commemorauimus,

1. Post ἢ ὅν addit Wallis: ͵γχξα′ ϑ′ ια″ πρὸς σμ′ ἢ ὅν. ξϛ′] cξϛ F; corr. ed. Basil. 2. ἑκατέρας] ed. Basil. ex Eutocio; εκατερα FBC*; ἑκατέρων Wallis. ια′ μ″ ἡ ΑΓ] οιμαι F; corr. Wallis. ΓΚ ἢ ὅν] scripsi cum Wurmio; καταγον F; κατάλογον ed. Basil.; ΓΚ ἐλάσσονα λόγον Wallis. ͵αθ′ ϛ″] scripsi; ͵αοϛ F, uulgo; ἔχει ἢ ͵αθ′ ϛ′ Wallis. 4. ΛΓ] ΑΓ F; corr. Wallis. 6. Post ἄρα ἡ Wallis addit: ΛΓ πρὸς τὴν ΓΑ μείζονα λόγον ἔχει ἤπερ ξϛ′ πρὸς βιζ′ δ′· καί (ἡ addit Nizze). 7. ͵ϛτλϛ′] ͵ϛταϛ F; corr. Wallis. 8. ͵βιζ′] (prius) ͵ζιζ F; corr. Wallis. 9. οα″] ο′ α′ F; corr. Wallis. 11. ι′ οα″] scripsi; ὀν ο′ ια′ F, uulgo; δέκα οα′ ed. Basil. Tor., Wall. 13. ι′ οα″] scripsi; ϑ′ ια′ F, uulgo; δέκα οα′ ed. Basil. Tor., Wall. 14. ἐλάσσονι] scripsi; ελασσων F, uulgo. μείζονι δὲ ἢ ι′ οα″ μείζων] scripsi; μειζων δε F, uulgo; μείζων δὲ ἢ δέκα ἑβδομηκοστομόνοις ὑπερέχουσα Wallis.

$AK : K\Gamma < 1007 : 66$ [u. Eutocius]. altera enim alterius est $\frac{11}{40}$. itaque.

$$A\Gamma : \Gamma K < 1009\tfrac{1}{6} : 66 \text{ [u. Eutocius].}$$

porro secetur $\angle K A \Gamma$[1]) linea $A\varDelta$. erit igitur

$$A\varDelta : \varDelta\Gamma < 2016\tfrac{1}{6} : 66 \text{ [u. Eutocius],}$$

et $A\Gamma : \Gamma\varDelta < 2017\frac{1}{4} : 66$ [u. Eutocius]. et e contrario [$\Gamma\varDelta : A\Gamma > 66 : 2017\frac{1}{4}$ (Pappus VII, 49 p. 688); sed $\Gamma\varDelta$ latus est polygoni 96 latera habentis. quare][2]) perimetrus polygoni ad diametrum maiorem rationem habet quam $6336 : 2017\frac{1}{4}$, quod maius est quam triplo et $\frac{10}{71}$ maius quam $2017\frac{1}{4}$. itaque perimetrus polygoni inscripti 96 latera habentis[3]) maior est quam triplo et $\frac{10}{71}$ maior diametro. quare etiam multo magis[4]) circulus maior est quam triplo et $\frac{10}{71}$ maior diametro. itaque ambitus circuli triplo maior est diametro et excedit spatio minore quam $\frac{1}{7}$, maiore autem quam $\frac{10}{71}$.[5])

---

1) $KA\Gamma$ *γωνία* lin. 3 Eutocius. ceteras huius paginae discrepantias, quae apud eum inueniuntur, inde ortas esse puto, quod Archimedis demonstrationem non ad uerbum citauit, sed suis uerbis reddidit.

2) Ueri simile est, Archimedem ipsum haec addidisse.

3) *τοῦ* ϙς′ *πολυγώνου* transscriptori debetur, sicut etiam lin. 11: *ὁ κύκλος* pro *ἡ τοῦ κύκλου περίμετρος* (*περιφέρεια*).

4) Quippe quae maior est perimetro polygoni (de sph. et cyl. I p. 10).

5) *Ἀρχιμήδους κυκλου μετρησις* in fine F, Cr.

DE CONOIDIBUS ET SPHAEROIDIBUS.

Ἀρχιμήδης Δοσιθέῳ εὖ πράττειν.

Ἀποστέλλω τοι γράψας ἐν τῷδε τῷ βιβλίῳ τῶν τε λοιπῶν θεωρημάτων τὰς ἀποδειξίας, ὧν οὐκ εἶχες ἐν τοῖς πρότερον ἀπεσταλμένοις, καὶ ἄλλων ὕστερον ποτεξευρημένων, ἃ πρότερον μὲν ἤδη πολλάκις ἐγχειρήσας ἐπισκεπτέσθαι, δύσκολον ἔχειν τι φανείσας μοι τᾶς εὑρέσιος αὐτῶν ἀπόρησα. διόπερ οὐδὲ συνεξεδόθεν τοῖς ἄλλοις αὐτὰ τὰ προβεβλημένα. ὕστερον δὲ ἐπιμελέστερον ποτ' αὐτοῖς γενόμενος ἐξεῦρον τὰ ἀπορηθέντα. ἦν δὲ τὰ μὲν λοιπὰ τῶν προτέρων θεωρημάτων περὶ τοῦ ὀρθογωνίου κωνοειδέος προβεβλημένα· τὰ δὲ νῦν ἐντι ποτεξευρημένα περί τε ἀμβλυγωνίου κωνοειδέος καὶ περὶ σφαιροειδέων σχημάτων, ὧν τὰ μὲν παραμάκεα, τὰ δὲ ἐπιπλατέα καλέω.

περὶ μὲν οὖν τοῦ ὀρθογωνίου κωνοειδέος ὑπέκειτο τάδε· εἴ κα ὀρθογωνίου κώνου τομὰ μενούσας τᾶς διαμέτρου περιενεχθεῖσα ἀποκατασταθῇ πάλιν, ὅθεν ὥρμασεν, τὸ περιλαφθὲν σχῆμα ὑπὸ τᾶς τοῦ ὀρθογωνίου κώνου τομᾶς ὀρθογώνιον κωνοειδὲς καλείσθαι, καὶ ἄξονα μὲν αὐτοῦ τὰν μεμενακοῦσαν διάμετρον καλείσθαι, κορυφὰν δὲ τὸ σαμεῖον, καθ' ὃ ἅπτεται ὁ

1. *Δωσιθεῳ* F; corr. Riualtus. 3. *ἀποδειξίας*] scripsi; *αποδειξ* cum comp. *ης* F; *ἀποδείξεις* uulgo. 6. *δύσκολον*] *δυσποτ' ολον* F; corr. Riualtus. 7. *εὑρέσιος*] scripsi; *ευρεσιας* F, uulgo. 14. *παραμάκεα*] Torellius; *παραμηκεα* F, uulgo. 15. *κονοειδεος* F. 16. *εἴ κα*] *αἴκα* Torellius, ut *semper hoc* libro. 19. *καλεισθω* F; corr. Torellius.

Archimedes Dositheo s.

Hoc libro conscriptas tibi mitto demonstrationes et reliquorum theorematum, quorum demonstrationes in iis libris, quos antea tibi misi[1]), non habuisti, et aliorum quorundam postea inuentorum[2]), quae cum antea saepe perscrutari conatus essem, haerebam, quia inuentio eorum difficultatem quandam habere mihi uidebatur. quare ne edebantur[3]) quidem ipsae propositiones una cum ceteris. postea autem diligentius ea adgressus inueni ea, in quibus haeseram. reliqua theorematum priorum de conoide rectangulo proposita erant. quae nunc noua inueni, de conoide obtusiangulo sunt et de figuris sphaeroidibus, quarum alteras oblongas, alteras latas nomino.

de rectangulo igitur conoide haec proposita erant: si sectio coni rectanguli manente diametro circumuoluta rursus in eum statum restituitur, unde moueri coepta est, figuram sectione coni rectanguli comprehensam conoides rectangulum uocari, et axem uocari eius diametrum manentem, uerticem autem punctum,

---

1) H. e. libros de sphaera et cylindro, de helicibus, de parabola.

2) De conoidibus obtusiangulis et de sphaeroidibus (lin. 12); de iis ne propositiones quidem Cononi miserat Archimedes (lin. 8).

3) H. e. Cononi mittebantur soluendae et cum aliis mathematicis communicandae.

ἄξων τᾶς τοῦ κωνοειδέος ἐπιφανείας. καὶ εἴ κα τοῦ ὀρθογωνίου κωνοειδέος σχήματος ἐπίπεδον ἐπιψαύῃ, παρὰ δὲ τὸ ἐπιψαῦον ἐπίπεδον ἄλλο ἐπίπεδον ἀχθὲν ἀποτέμῃ τι τμᾶμα τοῦ κωνοειδέος, βάσιν μὲν καλείσθαι τοῦ ἀποτμαθέντος τμάματος τὸ ἐπίπεδον τὸ περιλαφθὲν ὑπὸ τᾶς τοῦ κωνοειδέος τομᾶς ἐν τῷ ἀποτέμνοντι ἐπιπέδῳ, κορυφὰν δὲ τὸ σαμεῖον, καθ' ὅ ἐπιψαύει τὸ ἕτερον ἐπίπεδον τοῦ κωνοειδέος, ἄξονα δὲ τὰν ἐναπολαφθεῖσαν εὐθεῖαν ἐν τῷ τμάματι ἀπὸ τᾶς ἀχθείσας διὰ τᾶς κορυφᾶς τοῦ τμάματος παρὰ τὸν ἄξονα τοῦ κωνοειδέος.

προεβάλλετο δὲ τάδε θεωρῆσαι· διὰ τί, εἴ κα τοῦ ὀρθογωνίου κωνοειδέος τμάματα ἀποτμαθῇ ἐπιπέδῳ ὀρθῷ ποτὶ τὸν ἄξονα, τὸ ἀποτμαθὲν τμᾶμα ἡμιόλιον ἐσσεῖται τοῦ κώνου τοῦ βάσιν ἔχοντος τὰν αὐτὰν τῷ τμάματι καὶ ἄξονα τὸν αὐτόν· καὶ διὰ τί, εἴ κα ἀπὸ τοῦ ὀρθογωνίου κωνοειδέος δύο τμάματα ἀποτμαθέωντι ἐπιπέδοις ὁπωσοῦν ἀγμένοις, τὰ ἀποτμαθέντα τμάματα διπλάσιον λόγον ἑξοῦντι ποτ' ἄλλαλα τῶν ἀξόνων.

περὶ δὲ τοῦ ἀμβλυγωνίου κωνοειδέος ὑποτιθέμεθα τάδε· εἴ κα ἐν ἐπιπέδῳ ἔωντι ἀμβλυγωνίου κώνου τομὰ καὶ ἁ διάμετρος αὐτᾶς καὶ αἵ ἔγγιστα τᾶς τοῦ ἀμβλυγωνίου κώνου τομᾶς, μενούσας δὲ τᾶς διαμέτρου περιενεχθὲν τὸ ἐπίπεδον, ἐν ᾧ ἐντι αἵ εἰρημέναι γραμ-

1. τοῦ] το τον F; corr. Torellius. 2. ὀρθογωνίου] θο supra scriptum manu 1 F. κονοειδεος F. 3. επιψαυων F. 4. τμημα F; corr. Torellius. 12. προεβάλλετο] B; προεβαλλεντο FCD; προεβάλλοντο A, ed. Basil., Torellius. 15. εσειται F; corr. Torellius. 17. ἀποτμαθέωντι] Torellius; αποτμαθεντι F, uulgo; ἀποτμαθέντα A, ed. Basil. 19. ποτ' ἄλλαλα] Torellius; ποτι τα αλλα F, uulgo. 20. ὑποτιθέμεθα] scripsi; υπετιθεμεθα F, uulgo; ὑπεθέμεθα Nizze. 22. αἵ] addidit Torellius; om. F, uulgo.

in quo axis superficiem conoidis tangat. et si planum conoides rectangulum contingat, et aliud planum contingenti parallelum segmentum conoidis aliquod abscindat, basim segmenti abscisi uocari planum sectione conoidis in plano abscindenti comprehensum, uerticem autem punctum, in quo alterum planum conoides contingat, axem autem eam partem lineae per uerticem segmenti axi conoidis parallelae ductae, quae intra segmentum comprehenditur.

consideranda autem haec proponebantur:

cur, si segmenta[1]) conoidis rectanguli plano ad axem perpendiculari abscindantur, segmentum abscisum dimidia parte maius sit cono basim habenti eandem, quam segmentum, et eundem axem [prop. 21]; et cur, si a conoide rectangulo planis quoquo modo ductis duo segmenta abscindantur, segmenta abscisa duplicem inter se rationem habeant, quam axes [prop. 24].

de obtusiangulo autem conoide haec supponimus[2]): si in plano sunt sectio coni obtusianguli, diametrus eius, lineae sectioni coni obtusianguli proximae[3]), et manente diametro planum, in quo sunt hae lineae omnes, circumuolutum rursus in eum statum restitui-

---

1) Lin. 13 pro *τμάματα* Nizzius coniecit *τμᾶμα*, fortasse recte, sed cum idem infra legatur p. 280, 3 et fieri possit, ut Archimedes prius uniuersalius locutus sit, deinde ad singularem et casum et numerum transierit, scripturam codicis mutare nolui.

2) Scribendum esse *ὑποτιθέμεθα* lin. 20, adparet ex p. 275 not. 2; haec nunc demum supponit Archimedes.

3) H. e. asymptotae quae uocantur. sed uocabula mathematica Archimedis ubique retinui. quare etiam scripsi: sectio coni rectanguli, obtusianguli, acutianguli pro nominibus recentioribus: parabola, hyperbola, ellipsis. in uocabulis nouis obtusianguli et acutianguli fingendis secutus sum Commandinum aliosque.

μαί, ἀποκατασταθῇ πάλιν, ὅθεν ὥρμασεν, αἱ μὲν ἔγγιστα εὐθεῖαι τᾶς τοῦ ἀμβλυγωνίου κώνου τομᾶς δῆλον ὡς κῶνον ἰσοσκελέα περιλαψοῦνται, οὗ κορυφὰ ἐσσεῖται τὸ σαμεῖον, καθ' ὃ αἱ ἔγγιστα συμπίπτοντι, ἄξων δὲ ἁ μεμενακοῦσα διάμετρος. τὸ δὲ ὑπὸ τᾶς τοῦ ἀμβλυγωνίου κώνου τομᾶς σχῆμα περιλαφθὲν ἀμβλυγώνιον κωνοειδὲς καλείσθαι, ἄξονα δὲ αὐτοῦ τὰν μεμενακοῦσαν διάμετρον, κορυφὰν δὲ τὸ σαμεῖον, καθ' ὃ ἅπτεται ὁ ἄξων τᾶς ἐπιφανείας τοῦ κωνοειδέος. τὸν δὲ κῶνον τὸν περιλαφθέντα ὑπὸ τᾶν ἔγγιστα τᾶς τοῦ ἀμβλυγωνίου κώνου τομᾶς περιέχοντα τὸ κωνοειδὲς καλείσθαι, τὰν δὲ μεταξὺ εὐθεῖαν τᾶς τε κορυφᾶς τοῦ κωνοειδέος καὶ τᾶς κορυφᾶς τοῦ κώνου τοῦ περιέχοντος τὸ κωνοειδὲς ποτεοῦσαν τῷ ἄξονι καλείσθαι. καὶ εἴ κα τοῦ ἀμβλυγωνίου κωνοειδέος ἐπίπεδον ἐπιψαύῃ, παρὰ δὲ τὸ ἐπιψαῦον ἐπίπεδον ἄλλο ἐπίπεδον ἀχθὲν ἀποτέμῃ τμᾶμα τοῦ κωνοειδέος, βάσιν μὲν καλείσθαι τοῦ ἀποτμαθέντος τμάματος τὸ ἐπίπεδον τὸ περιλαφθὲν ὑπὸ τᾶς τοῦ κωνοειδέος τομᾶς ἐν τῷ ἀποτέμνοντι ἐπιπέδῳ, κορυφὰν δὲ τὸ σαμεῖον, καθ' ὃ ἅπτεται τὸ ἐπίπεδον τὸ ἐπιψαῦον τοῦ κωνοειδέος, ἄξονα δὲ τὰν ἀπολαφθεῖσαν ἐν τῷ τμάματι ἀπὸ τᾶς ἀχθείσας διὰ τᾶς κορυφᾶς τοῦ τμάματος καὶ τᾶς κορυφᾶς τοῦ κώνου τοῦ περιέχοντος τὸ κωνοειδές, καὶ τὰν μεταξὺ τᾶν εἰρημέναν κορυφᾶν εὐθεῖαν ποτεοῦσαν τῷ ἄξονι καλείσθαι. τὰ μὲν οὖν ὀρθογώνια κωνοειδέα πάντα ὁμοῖά ἐντι, τῶν δὲ ἀμβλυγωνίων κωνοειδέων ὁμοῖα καλείσθω, ὧν κα οἱ κῶνοι οἱ περιεχόντες τὰ κωνοει-

---

3. ἰσοσκελέα] scripsi; ισοσκελη F, uulgo. κορυφη F; corr. V. 4. ἐσσεῖται] επειται F; ἐσεῖται B*. 8. τὰν] τα F; corr. BC. 10. τᾶν] τας F; corr. B*. 17. τμημα F,

tur, unde moueri coeptum est, adparet, lineas sectioni coni obtusianguli proximas conum aequicrurium comprehensuras esse, cuius uertex erit punctum, in quo lineae sectioni proximae sibi in uicem incidunt, axis autem diametrus, quae mansit. figuram autem sectione coni obtusianguli comprehensam conoides obtusiangulum uocari, axem autem eius diametrum manentem, uerticem autem punctum, in quo axis superficiem conoidis tangat. conum autem lineis sectioni coni obtusianguli proximis comprehensum comprehendentem conoides uocari, lineam autem inter uerticem conoidis et uerticem coni conoides comprehendentis positam axi adiectam uocari. et si planum conoides obtusiangulum contingat, et aliud planum plano contingenti parallelum segmentum conoidis abscindat, basim segmenti abscisi uocari planum sectione conoidis in plano abscindenti comprehensum, uerticem autem punctum, in quo planum contingens conoides tangat, axem autem eam partem lineae per uerticem segmenti et uerticem coni conoides comprehendentis ductae, quae intra segmentum comprehenditur, lineam autem inter hos uertices positam axi adiectam uocari.

rectangula conoidea omnia similia sunt[1]), obtusiangulorum autem conoideôn ea similia uocentur, in quibus coni conoidea comprehendentes similes sint.[2])

1) Quia omnes parabolae similes sunt (Apollonius VI, 11).

2) Eucl. XI def. 24: *ὅμοιοι κῶνοι καὶ κύλινδροί εἰσιν, ὧν οἵ τε ἄξονες καὶ αἱ διάμετροι τῶν βάσεων ἀνάλογόν εἰσι.*

uulgo; corr. Torellius. 22. *ἐναπολαφθεῖσαν?* 28. *κα*] scripsi; *και* F, uulgo.

δέα ὁμοίοι ἔωντι. προβαλλέται δὲ τάδε θεωρῆσαι· διὰ τί, εἴ κα τοῦ ἀμβλυγωνίου κωνοειδέος ἀποτμαθῇ τμάματα ἐπιπέδῳ ὀρθῷ ποτὶ τὸν ἄξονα, τὸ ἀποτμαθὲν τμᾶμα ποτὶ τὸν κῶνον τὸν βάσιν ἔχοντα τὰν αὐτὰν τῷ τμάματι καὶ ἄξονα τὸν αὐτὸν τοῦτον ἔχει τὸν λόγον, ὃν ἁ συναμφοτέραις ἴσα τῷ τε ἄξονι τοῦ τμάματος καὶ τᾷ τριπλασίᾳ τᾶς ποτεούσας τῷ ἄξονι ποτὶ τὰν ἴσαν ἀμφοτέραις τῷ τε ἄξονι τοῦ τμάματος καὶ τᾷ διπλασίᾳ τᾶς ποτεούσας τῷ ἄξονι. καὶ διὰ τί, εἴ κα τοῦ ἀμβλυγωνίου κωνοειδέος τμᾶμα ἀποτμαθῇ ἐπιπέδῳ μὴ ὀρθῷ ποτὶ τὸν ἄξονα, τὸ ἀποτμαθὲν τμᾶμα ποτὶ τὸ σχῆμα τὸ βάσιν ἔχον τὰν αὐτὰν τῷ τμάματι καὶ ἄξονα τὸν αὐτόν, ὃ γιγνέται ἀπότμαμα κώνου, τοῦτον ἕξει τὸν λόγον, ὃν ἁ συναμφοτέραις ἴσα τῷ τε ἄξονι τοῦ τμάματος καὶ τᾷ τριπλασίᾳ τᾶς ποτεούσας τῷ ἄξονι ποτὶ τὰν ἴσαν ἀμφοτέραις τῷ τε ἄξονι τοῦ τμάματος καὶ τᾷ διπλασίᾳ τᾶς ποτεούσας τῷ ἄξονι.

περὶ δὲ τῶν σφαιροειδέων σχημάτων ὑποτιθέμεθα τάδε· εἴ κα ὀξυγωνίου κώνου τομὰ μενούσας τᾶς μείζονος διαμέτρου περιενεχθεῖσα ἀποκατασταθῇ πάλιν, ὅθεν ὥρμασεν, τὸ περιλαφθὲν σχῆμα ὑπὸ τᾶς τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομᾶς παραμᾶκες σφαιροειδὲς καλείσθαι. εἰ δέ κα τᾶς ἐλάσσονος διαμέτρου μενούσας περιενεχθεῖσα ἁ τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομὰ ἀποκατασταθῇ πάλιν, ὅθεν ὥρμασεν, τὸ περιλαφθὲν σχῆμα ὑπὸ τᾶς τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομᾶς ἐπιπλατὺ σφαι-

1. προβαλλέται] alterum λ supra scriptum manu 1 F. 6. ὅν] om. F; corr. ed. Basil.* συναμφοτέραις] scripsi; συναμφοτερα F, uulgo. τῷ τε] scripsi; τω F, uulgo. 11. μή] supra scriptum manu 1, ut uidetur, F. 13. τμηματι F; corr. Torellius. 14. ἁ συναμφοτέραις] scripsi; συναμφοτερος F; ἁ συναμφότερος

consideranda autem haec proponuntur:

cur, si plano ad axem perpendiculari abscindantur segmenta[1]) conoidis obtusianguli, segmentum abscisum ad conum eandem basim habentem, quam segmentum, et axem eundem eam habeat rationem, quam linea axi segmenti et simul triplici lineae axi adiectae aequalis ad lineam axi segmenti et simul duplici lineae axi adiectae aequalem [prop. 25]. et cur, si plano ad axem non perpendiculari segmentum conoidis obtusianguli abscindatur, segmentum abscisum ad figuram basim eandem habentem, quam segmentum, et axem eundem (quae est segmentum coni)[2]) eam rationem habeat, quam linea axi segmenti et simul triplici lineae axi adiectae aequalis ad lineam axi segmenti et simul duplici lineae axi adiectae aequalem [prop. 26].

de sphaeroidibus autem figuris haec supponimus[3]): si sectio coni acutianguli manente diametro maiore circumuoluta rursus in eum statum restituitur, unde moueri coepta est, figuram sectione coni acutianguli comprehensam sphaeroides oblongum uocari; sin autem sectio coni acutianguli manente minore diametro circumuoluta rursus in eum statum restituitur, unde moueri coepta est, figuram sectione coni acutianguli com-

1) Hic quoque (lin. 3) pro τμάματα Nizzius τμᾶμα scribi iubet; sed u. p. 277 not. 1.

2) Haec uerba (lin. 13), si genuina sunt, hoc loco praeoccupando posteriora significant; nam p. 288, 7 sq. demum definitur ἀπότμαμα κώνου.

3) Sic recte F; u. p. 277 not. 2.

ed. Basil., uulgo; ἁ συναμφότερα Torellius. 15. τε] addidi; om. F, uulgo. 19. ὑπετιθέμεθα Torellius, ὑπεθέμεθα Nizze. 20. τομας F; corr. Torellius. 21. αποκαταστη F C*; corr. B man. 2*. 22. υπο τε F; corr. Torellius. 24. κα] addidi; om. F, uulgo.

ροειδὲς καλείσθαι. ἑκατέρου δὲ τῶν σφαιροειδέων ἄξονα μὲν καλείσθαι τὰν μεμενακοῦσαν διάμετρον, κορυφὰν δὲ τὸ σαμεῖον, καθ' ὃ ἅπτεται ὁ ἄξων τᾶς ἐπιφανείας τοῦ σφαιροειδέος, κέντρον δὲ καλείσθαι τὸ μέσον τοῦ ἄξονος, καὶ διάμετρον τὰν διὰ τοῦ κέντρου ποτ' ὀρθὰς ἀγομέναν τῷ ἄξονι. καὶ εἴ κα τῶν σφαιροειδέων σχημάτων ὁποτερουοῦν ἐπίπεδα παράλληλα ἐπιψαύωντι μὴ τέμνοντα, παρὰ δὲ τὰ ἐπίπεδα τὰ ψαύοντα ἄλλο ἐπίπεδον ἀχθῇ τέμνον τὸ σφαιροειδές, τῶν γενομένων τμαμάτων βάσιν μὲν καλείσθαι τὸ περιλαφθὲν ὑπὸ τᾶς τοῦ σφαιροειδέος τομᾶς ἐν τῷ τέμνοντι ἐπιπέδῳ, κορυφὰς δὲ τὰ σαμεῖα, καθ' ἃ ἐπιψαύοντι τοῦ σφαιροειδέος τὰ παράλληλα ἐπίπεδα, ἀξόνας δὲ τὰς ἐναπολαφθείσας εὐθείας ἐν τοῖς τμαμάτεσσιν ἀπὸ τᾶς εὐθείας τᾶς τὰς κορυφὰς αὐτῶν ἐπιζευγνυούσας. ὅτι δὲ τὰ ἐπιψαύοντα ἐπίπεδα τοῦ σφαιροειδέος καθ' ἓν μόνον ἁπτόνται σαμεῖον τᾶς ἐπιφανείας αὐτοῦ, καὶ ὅτι ἁ τὰς ἁφὰς ἐπιζευγνύουσα εὐθεῖα διὰ τοῦ κέντρου τοῦ σφαιροειδέος πορευέται, δειξοῦμες. ὁμοῖα δὲ καλείσθαι τῶν σφαιροειδέων σχημάτων, ὧν κα οἱ ἀξονες ποτὶ τὰς διαμέτρους τὸν αὐτὸν λόγον ἔχωντι. τμάματα δὲ σφαιροειδέων σχημάτων καὶ κωνοειδέων ὁμοῖα καλείσθω, εἴ κα ἀφ' ὁμοίων σχημάτων ἀφαιρημένα ἔωντι καὶ τάς τε βασίας ὁμοίας ἔχωντι, καὶ οἱ ἀξόνες αὐτῶν ἤτοι ὀρθοὶ ἐόντες ποτὶ τὰ ἐπίπεδα τῶν βασίων ἢ γωνίας ἴσας ποιοῦντες ποτὶ τὰς ὁμολόγους διαμέτρους τῶν βασίων τὸν αὐτὸν ἔχωντι λόγον ποτ' ἀλλάλους ταῖς ὁμολόγοις διαμέτροις τῶν βασίων.

---

6. σφαιροειδεωσ F. 8. ψαύοντα] ἐπιψαύοντα? 10. τμηματων F; corr. Torellius. 12. ἃ] ἀς F; corr. B. 14. τμαματεσιν FB*. 15. τᾶς] (posterius) scripsi; τα FCD; om. B, uulgo.

prehensam sphaeroides latum uocari. utriusque autem sphaeroidis axem uocari diametrum manentem, uerticem autem punctum, in quo axis superficiem sphaeroidis tangat, centrum autem uocari medium axis punctum, et diametrum lineam per centrum ad axem perpendicularem ductam. et si plana parallela utramuis figurarum sphaeroideôn contingant, ita ut non secent, et aliud planum planis tangentibus parallelum ducatur sphaeroides secans, segmentorum inde orientium basim uocari [planum] sectione sphaeroidis in plano secanti comprehensum, uertices uero puncta, in quibus plana parallela sphaeroides contingant, axes autem eas partes lineae uertices segmentorum iungentis, quae intra segmenta comprehendantur. plana autem sphaeroides contingentia in uno tantum puncto superficiem eius tangere [prop. 16], et lineam puncta contactus iungentem per centrum sphaeroidis cadere [prop. 16], demonstrabimus. similes autem eas figurarum sphaeroideôn uocari, quarum axes ad diametros eandem rationem habeant. segmenta autem figurarum sphaeroideôn et conoideôn similia uocentur, si ab similibus figuris abscisa sunt et bases similes habent, et axes eorum aut ad plana basium perpendiculares aut aequales angulos cum respondentibus diametris basium facientes eandem inter se rationem habent, quam respondentes diametri basium.

16. τά] scripsi; τα τε F, uulgo. 20. κα] scripsi; και F, uulgo. 21. ἔχωντι] scripsi; εχοντι F, uulgo. 22. τμάματα] Torellius; τμαμα F, uulgo. 23. καλεῖσθαι Torellius. 24. βασίας] scripsi; βασ cum comp. ης F; βάσεις uulgo. ἔχωντι] scripsi; εχοντι F, uulgo. 26. βασίων] scripsi; βασεων F, uulgo; item lin. 27 et 28. 27. ἔχωντι] scripsi; εχοντι F, uulgo.

προβαλλέται δὲ περὶ τῶν σφαιροειδέων τάδε θεωρήσαι· διὰ τί, εἴ κά τι τῶν σφαιροειδέων σχημάτων ἐπιπέδῳ τμαθῇ διὰ τοῦ κέντρου ὀρθῷ ποτὶ τὸν ἄξονα, τῶν γεναμένων τμαμάτων ἑκάτερον διπλάσιον ἐσσείται τοῦ κώνου τοῦ βάσιν ἔχοντος τὰν αὐτὰν τῷ τμάματι καὶ ἄξονα τὸν αὐτόν. εἰ δέ κα ὀρθῷ μὲν ποτὶ τὸν ἄξονα τῷ ἐπιπέδῳ τμαθῇ, μὴ διὰ τοῦ κέντρου δέ, τῶν γεναμένων τμαμάτων τὸ μὲν μεῖζον ποτὶ τὸν κῶνον τὸν τὰν αὐτὰν βάσιν ἔχοντα τῷ τμάματι καὶ ἄξονα τὸν αὐτὸν τοῦτον ἕξει τὸν λόγον, ὃν ἁ συναμφοτέραις ἴσα τᾷ τε ἡμισείᾳ τᾶς εὐθείας, ἅ ἐστιν ἄξων τοῦ σφαιροειδέος, καὶ τῷ ἄξονι τῷ τοῦ ἐλάσσονος τμάματος ποτὶ τὸν ἄξονα τοῦ ἐλάσσονος τμάματος, τὸ δὲ ἔλασσον τμᾶμα ποτὶ τὸν κῶνον τὸν βάσιν ἔχοντα τὰν αὐτὰν τῷ τμάματι καὶ ἄξονα τὸν αὐτὸν τοῦτον ἔχει τὸν λόγον, ὃν ἁ συναμφοτέραις ἴσα τᾷ τε ἡμισείᾳ τᾶς εὐθείας, ἅ ἐστιν ἄξων τοῦ σφαιροειδέος, καὶ τῷ ἄξονι τῷ τοῦ μείζονος τμάματος ποτὶ τὸν ἄξονα τοῦ μείζονος τμάματος. καὶ διὰ τί, εἴ κα τῶν σφαιροειδέων τι ἐπιπέδῳ τμαθῇ διὰ τοῦ κέντρου μὴ ὀρθῷ ποτὶ τὸν ἄξονα, τῶν γεναμένων τμαμάτων ἑκάτερον διπλάσιον ἐσσείται τοῦ σχήματος τοῦ βάσιν ἔχοντος τὰν αὐτὰν τῷ τμάματι καὶ ἄξονα τὸν αὐτόν. γιγνέται δὲ τὸ σχῆμα ἀπότμαμα κώνου. εἰ δέ κα μήτε διὰ τοῦ κέντρου μήτε ὀρθῷ ποτὶ τὸν ἄξονα τῷ ἐπιπέδῳ τμαθῇ τὸ σφαιροειδές, τῶν γεναμένων τμαμάτων τὸ μὲν μεῖζον ποτὶ τὸ σχῆμα τὸ βάσιν ἔχον τὰν αὐτὰν τῷ τμάματι καὶ ἄξονα τὸν αὐτόν τοῦτον ἕξει τὸν λόγον, ὃν

3. τμηθη F; corr. Torellius. 7. τμηθη F; corr. Torellius. μή] om. F; corr. Torellius. 10. τοῦτον] om. F; corr. Torellius. 13. τμηματος F; corr. Torellius. 18. αξωνι F.

consideranda autem de sphaeroidibus haec proponuntur: cur, si quaeuis figurarum sphaeroideôn plano per centrum ad axem perpendiculari secetur, utrumuis segmentorum inde orientium duplo maius sit cono basim habenti eandem, quam segmentum, et axem eundem [prop.27]. sin plano ad axem perpendiculari neque uero per centrum secatur, maius segmentorum inde orientium ad conum eandem basim habentem, quam segmentum, et axem eundem hanc habebit rationem, quam linea dimidio axi sphaeroidis et simul axi segmenti minoris aequalis ad axem segmenti minoris, minus autem segmentum ad conum basim eandem habentem, quam segmentum, et axem eundem hanc habet rationem, quam linea dimidio axi sphaeroidis et simul axi segmenti maioris aequalis ad axem segmenti maioris [prop. 29]. et cur, si quoduis sphaeroides plano per centrum ad axem non perpendiculari secetur, utrumuis segmentorum inde orientium duplo maius sit figura eandem basim habenti, quam segmentum, et axem eundem (figura autem haec coni segmentum est)[1] [prop.28]. sin plano nec per centrum posito nec ad axem perpendiculari sphaeroides secatur, segmentorum inde orientium maius ad figuram eandem basim habentem, quam segmentum, et axem eundem eam habebit rationem, quam linea dimidiae lineae uertices segmentorum iungenti[2])

---

1) Cfr. quae de his uerbis dixi p. 281 not. 2.

2) Fortasse delendum est αὐτᾶς p. 286 lin. 1; cfr. ibid. lin. 7.

ποτί] Torellius; προς per comp. F, uulgo. 20. τμηθη F; corr. Torellius. 23. τμάματι] τματι F.

ἁ συναμφοτέραις ἴσα τᾷ τε ἡμισέᾳ αὐτᾶς τᾶς ἐπιζευγνυούσας τὰς κορυφὰς τῶν τμαμάτων καὶ τῷ ἄξονι τῷ τοῦ ἐλάσσονος τμάματος ποτὶ τὸν ἄξονα τὸν τοῦ ἐλάσσονος τμάματος, τὸ δὲ ἔλασσον τμᾶμα ποτὶ τὸ σχῆμα τὸ βάσιν ἔχον τὰν αὐτὰν τῷ τμάματι καὶ ἄξονα τὸν αὐτὸν τοῦτον ἕξει τὸν λόγον, ὃν ἔχει ἁ συναμφοτέραις ἴσα τᾷ τε ἡμισέᾳ τᾶς ἐπιζευγνυούσας τὰς κορυφὰς τῶν τμαμάτων καὶ τῷ ἄξονι τοῦ μείζονος τμάματος ποτὶ τὸν ἄξονα τὸν τοῦ μείζονος τμήματος. γινέται δὲ καὶ ἐν τούτοις τὸ σχῆμα ἀπότμαμα κώνου.

ἀποδειχθέντων δὲ τῶν εἰρημένων θεωρημάτων διὰ τούτων εὑρισκόνται θεωρήματά τε πολλὰ καὶ προβλήματα, οἷον καὶ τόδε· ὅτι τὰ ὁμοῖα σφαιροειδέα καὶ τὰ ὁμοῖα τμάματα τῶν τε σφαιροειδέων σχημάτων καὶ τῶν κωνοειδέων τριπλασίονα λόγον ἔχοντι ποτ' ἄλλαλα τῶν ἀξόνων· καὶ διότι τῶν ἴσων σφαιροειδέων σχημάτων τὰ τετράγωνα τὰ ἀπὸ τῶν διαμέτρων ἀντιπεπόνθασι τοῖς ἀξόνεσσιν, καὶ εἴ κα τῶν σφαιροειδέων σχημάτων τὰ τετράγωνα τὰ ἀπὸ τῶν διαμέτρων ἀντιπεπόνθωντι τοῖς ἀξόνεσσιν, ἴσα ἐντὶ τὰ σφαιροειδέα. πρόβλημα δέ, οἷον καὶ τόδε· ἀπὸ τοῦ δοθέντος σφαιροειδέος σχήματος ἢ κωνοειδέος τμᾶμα ἀποτεμεῖν ἐπιπέδῳ παρὰ δοθὲν ἐπίπεδον ἀγμένῳ, εἶμεν δὲ τὸ ἀποτμαθὲν τμᾶμα ἴσον τῷ δοθέντι κώνῳ ἢ κυλίνδρῳ ἢ σφαίρᾳ τᾷ δοθείσᾳ. προγραψάντες οὖν τά τε θεωρήματα καὶ τὰ ἐπιτάγματα τὰ χρεῖαν ἔχοντα εἰς τὰς

---

8. τοῦ] τῷ τοῦ? 15. ποτ' ἄλλαλα] Torellius; ποτι τα αλλα F, uulgo. 16. διότι] δὴ ὅτι B, Torellius. 18. αξονεσιν F. 20. ἀντιπεπόνθωντι] scripsi; αντιπεπονθασι F, uulgo. 22. σχήματος] Nizze; τμαματος F, uulgo. 23. εἶμεν δέ] ὥστε εἶμεν Torellius.

et simul axi segmenti minoris aequalis ad axem segmenti minoris [prop. 32]; segmentum autem minus ad figuram eandem basim habentem, quam segmentum, et axem eundem eam rationem habebit, quam linea dimidiae lineae uertices segmentorum iungenti et simul axi maioris segmenti aequalis ad axem segmenti maioris. (haec autem figura in his quoque segmentum coni est).[1]) [prop. 30].

his autem theorematis demonstratis per ea multa et theoremata et problemata inueniuntur, uelut hoc[2]): similia sphaeroidea et similia segmenta et figurarum sphaeroideôn et conoideôn inter se triplicem rationem habere, quam axes. et in aequalibus figuris sphaeroidibus[3]) quadrata diametrorum in contraria proportione esse atque axes. et si in figuris sphaeroidibus quadrata diametrorum in contraria proportione sint, atque axes, sphaeroidea aequalia esse. et problema, uelut hoc: a data figura sphaeroide uel conoide plano dato plano parallelo segmentum abscindere, ita ut[4]) segmentum abscisum dato cono uel cylindro uel etiam datae sphaerae aequale sit. — praemissis igitur et theorematis

---

1) Cfr. p. 281 not. 2.

2) Fortasse scribendum: τάδε lin. 13. num Archimedes solutiones horum theorematum et problematis (lin. 21 sq.), quas eum nouisse necesse est, unquam ediderit, non constat. resoluerunt Riualtus p. 328 sq., Sturmius p. 377 sq.; cfr. Nizze p. 203 sq.

3) Genetiuus lin. 16 pendet ex διαμέτρων lin. 17; cfr. lin. 19.

4) Infinitiuus εἶμεν lin. 23 sicut ἀποτεμεῖν pendet ex significatione iubendi, quae inest in πρόβλημα.

ἀποδειξίας αὐτῶν μετὰ ταῦτα γραψοῦμές τοι τὰ προκείμενα. εὐτύχει.

Εἴ κα κῶνος ἐπιπέδῳ τμαθῇ συμπίπτοντι πάσαις ταῖς τοῦ κώνου πλευραῖς, ἁ τομὰ ἐσσεῖται ἤτοι κύκλος ἢ ὀξυγωνίου κώνου τομά. εἰ μὲν οὖν κύκλος ἁ τομά, δῆλον, ὅτι τὸ ἀπολαφθὲν ἀπ' αὐτοῦ τμᾶμα ἐπὶ τὰ αὐτὰ τᾷ τοῦ κώνου κορυφᾷ κῶνος ἐσσεῖται. εἰ δέ κα ἁ τομὰ γενήται ὀξυγωνίου κώνου τομά, τὸ ἀπολαφθὲν ἀπὸ τοῦ κώνου σχῆμα ἐπὶ τὰ αὐτὰ τᾷ τοῦ κώνου κορυφᾷ ἀπότμαμα κώνου καλείσθω. τοῦ δὲ ἀποτμάματος βάσις μὲν καλείσθω τὸ ἐπίπεδον τὸ περιλαφθὲν ὑπὸ τᾶς τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομᾶς, κορυφὰ δὲ τὸ σαμεῖον, ὃ καὶ τοῦ κώνου κορυφά, ἄξων δὲ ἁ ἀπὸ τᾶς κορυφᾶς τοῦ κώνου ἐπὶ τὸ κέντρον τᾶς τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομᾶς ἐπιζευχθεῖσα εὐθεῖα. καὶ εἴ κα κύλινδρος δυοῖς ἐπιπέδοις παραλλήλοις τμαθῇ συμπιπτόντεσσι πάσαις ταῖς τοῦ κυλίνδρου πλευραῖς, αἱ τομαὶ ἐσσοῦνται ἤτοι κύκλοι ἢ ὀξυγωνίων κώνων τομαὶ ἴσαι καὶ ὁμοίαι ἀλλάλαις. εἰ μὲν οὖν κα αἱ τομαὶ κύκλοι γενῶνται, δῆλον, ὅτι τὸ ἀποτμαθὲν ἀπὸ τοῦ κυλίνδρου σχῆμα μεταξὺ τῶν παραλλήλων ἐπιπέδων κύλινδρος ἐσσεῖται. εἰ δέ κα αἱ τομαὶ γενῶνται ὀξυγωνίων κώνων τομαί, τὸ ἀπολαφθὲν ἀπὸ τοῦ κυλίνδρου σχῆμα μεταξὺ τῶν παραλλήλων ἐπιπέδων τόμος κυλίνδρου καλείσθω. τοῦ δὲ τόμου βάσις μὲν καλείσθω

1. αποδειξεις F, uulgo. γραψουμεν σοι F, uulgo. 3. τμαθῇ] Torellius; τμηθη F, uulgo. συνπιπτοντι F. πασαι FC*. 7. κονος F. 8. ἁ] om. F. 9. Post κορυφᾷ in F repetuntur: κωνος εσσειται ει δε κα τομα γενηται οξυγωνιου κωνου τομα το απολαφθεν απο του κωνου σχημα επι τα αυτα τη του κωνου κορυφα; corr. C. τᾷ] τη F; corr. Torellius. 15. επιζευχθεισας F; corr. B*. τμαθῇ] Torellius; τμηθη F,

et epitagmatis[1]) ad demonstrationes eorum utilibus, postea tibi scribam, quae proposita sunt. uale.

DEFINITIONES.

Si conus plano omnibus lateribus coni incidenti secatur, sectio aut circulus erit aut sectio coni acutianguli. si sectio circulus est, adparet, segmentum a cono[2]) abscisum in eadem parte, in qua est uertex coni, conum futurum esse; sin sectio est coni acutianguli sectio, figura a cono in eadem parte abscisa, in qua est uertex coni, segmentum coni uocetur. segmenti autem basis uocetur planum sectione coni acutianguli comprehensum, uertex autem punctum, quod idem coni uertex est, axis autem linea a uertice coni ad centrum sectionis coni acutianguli ducta.[3]) et si cylindrus duobus planis parallelis omnibus lateribus cylindri incidentibus secatur, sectiones aut circuli erunt aut sectiones conorum acutiangulorum sibi in uicem aequales et similes.[4]) iam si sectiones circuli sunt, adparet, figuram a cylindro inter plana parallela abscisam cylindrum futurum esse. sin sectiones acutianguli coni sectiones sunt, figura a cylindro inter plana parallela abscisa frustum cylindri uocetur. basis autem frusti

---

1) Hoc est: problemata, quibus aliquid facere iubemur; propp. 7—9.

2) *ἀπ' αὐτου* ͻ: *ἀπὸ τοῦ κώνου* (lin. 6); cfr. lin. 9.

3) Cfr. de his propositionibus Apollonii con. I, 4 et I, 13.

4) U. Serenus de sect. cylindri propp. 5 et 18.

---

uulgo. 18. *ἐσσούνται*] Torellius; *εσονται* F, uulgo. 19. *κα*] scripsi; *και* F, uulgo. 22. *κα*] scripsi; *και* F, uulgo.

τὰ ἐπίπεδα τὰ περιλαφθέντα ὑπὸ τᾶν τῶν ὀξυγωνίων κώνων τομᾶν, ἄξων δὲ ἁ ἐπιζευγνύουσα εὐθεῖα τὰ κέντρα τᾶν τῶν ὀξυγωνίων κώνων τομᾶν. ἐσσεῖται δὲ αὐτὰ ἐπὶ τᾶς αὐτᾶς εὐθείας τῷ ἄξονι τοῦ κυλίνδρου.

Εἴ κα ἔωντι μεγέθεα ὁποσαοῦν τῷ ἴσῳ ἀλλάλων ὑπερέχοντα, ᾗ δὲ ἁ ὑπεροχὰ ἴσα τῷ ἐλαχίστῳ, καὶ ἄλλα μεγέθεα τῷ μὲν πλήθει ἴσα τούτοις, τῷ δὲ μεγέθει ἕκαστον ἴσον τῷ μεγίστῳ, πάντα τὰ μεγέθεα, ὧν ἐστιν ἕκαστον ἴσον τῷ μεγίστῳ, πάντων μὲν τῶν τῷ ἴσῳ ὑπερεχόντων ἐλάσσονα ἐσσοῦνται ἢ διπλάσια, τῶν δὲ λοιπῶν χωρὶς τοῦ μεγίστου μείζονα ἢ διπλάσια. ἁ δὲ ἀπόδειξις τούτου φανερά.

α'.

Εἴ κα μεγέθεα ὁποσαοῦν τῷ πλήθει ἄλλοις μεγέθεσιν ἴσοις τῷ πλήθει κατὰ δύο τὸν αὐτὸν λόγον ἔχωντι τὰ ὁμοίως τεταγμένα, λεγήται δὲ τά τε πρῶτα μεγέθεα ποτί τινα ἄλλα μεγέθεα ἢ πάντα ἤ τινα αὐτῶν ἐν λόγοις ὁποιοισοῦν, καὶ τὰ ὕστερον ποτ' ἄλλα μεγέθεα τὰ ὁμόλογα ἐν τοῖς αὐτοῖς λόγοις, πάντα τὰ πρῶτα μεγέθεα ποτὶ πάντα, ἃ λεγόνται, τὸν αὐτὸν ἑξοῦντι λόγον, ὃν ἔχοντι πάντα τὰ ὕστερον μεγέθεα ποτὶ πάντα, ἃ λεγόνται.

ἔστω τινὰ μεγέθεα τὰ A, B, Γ, Δ, E, Z ἄλλοις μεγέθεσιν ἴσοις τῷ πλήθει τοῖς H, Θ, I, K, Λ, M κατὰ δύο τὸν αὐτὸν ἔχοντα λόγον, καὶ ἐχέτω τὸ μὲν

---

3. τομᾶν] τομα F; corr. B*. 5. α' Torellius; Cr. τῷ] το F, ed. Basil. 7. πληθη F. 13. β' Torellius, Cr. 16. ἔχωντι] scripsi; εχοντι F, uulgo. 17. ποτί τινα ἄλλα] scripsi; ποτι τ' αλλα F, uulgo; fort. ποτ' ἄλλα ut lin. 18. 18. ποτα αλλα F. 22. λεγωνται F.

uocentur plana sectionibus conorum acutiangulorum comprehensa, axis autem linea centra sectionum conorum acutiangulorum iungens. haec autem in eadem linea erit, in qua axis cylindri est.

Si magnitudines quotlibet datae sunt aequali spatio inter se excedentes, et differentia minimae aequalis est, et aliae quoque magnitudines datae sunt numero prioribus aequales et magnitudine omnes maximae illarum aequales, omnes hae magnitudines, quarum quaeque maximae aequalis est, minores erunt quam duplo maiores omnibus magnitudinibus aequali spatio inter se excedentibus, maiores autem quam duplo maiores reliquis praeter maximam. demonstratio autem huius propositionis in medio posita est.[1])

I.

Si magnitudines quotlibet numero et aliae magnitudines numero aequales, binae cum binis similiter positae, eandem rationem habent, et priores magnitudines aut omnes aut nonnullae ad alias magnitudines in quauis proportione sunt, et posteriores magnitudines rursus ad alias similiter positae in eadem proportione sunt, omnes priores magnitudines ad omnes, quae cum iis in proportione sunt, eandem habebunt rationem, quam habent omnes magnitudines posteriores ad omnes, quae cum iis in proportione sunt.

magnitudines quaedam A, B, Γ, Δ, E, Z et aliae magnitudines numero aequales H, Θ, I, K, Λ, M binae cum binis eandem habeant rationem, et sit

1) Nam demonstrata est ab Archimede ipso περὶ ἑλίκ. prop. 11; Quaest. Arch. p. 56.

Α ποτὶ τὸ *Β* τὸν αὐτὸν λόγον, ὃν τὸ *Η* ποτὶ τὸ *Θ*, τὸ δὲ *Β* ποτὶ τὸ *Γ*, ὃν τὸ *Θ* ποτὶ τὸ *Ι*, καὶ τὰ ἄλλα ὁμοίως τούτοις. λεγέσθω δὲ τὰ μὲν *Α*, *Β*, *Γ*, *Δ*, *Ε*, *Ζ* μεγέθεα ποτί τινα ἄλλα μεγέθεα τὰ *Ν*, *Ξ*, *Ο*, *Π*, *Ρ*, *Σ* ἐν λόγοις ὁποιοισοῦν, τὰ δὲ *Η*, *Θ*, *Ι*, *Κ*, *Λ*, *Μ* ποτί τινα ἄλλα τὰ *Τ*, *Υ*, *Φ*, *Χ*, *Ψ*, *Ω*, τὰ ὁμόλογα ἐν τοῖς αὐτοῖς λόγοις, καὶ ὃν μὲν ἔχει λόγον τὸ *Α* ποτὶ τὸ *Ν*, τὸ *Η* ἐχέτω ποτὶ τὸ *Τ*, ὃν δὲ λόγον ἔχει τὸ *Β* ποτὶ τὸ *Ξ*, τὸ *Θ* ἐχέτω ποτὶ τὸ *Υ*, καὶ τὰ ἄλλα ὁμοίως τούτοις. δεικτέον, ὅτι πάντα τὰ *Α*, *Β*, *Γ*, *Δ*, *Ε*, *Ζ* ποτὶ πάντα τὰ *Ν*, *Ξ*, *Ο*, *Π*, *Ρ*, *Σ* τὸν αὐτὸν ἔχοντι λόγον, ὃν πάντα τὰ *Η*, *Θ*, *Ι*, *Κ*, *Λ*, *Μ* ποτὶ πάντα τὰ *Τ*, *Υ*, *Φ*, *Χ*, *Ψ*, *Ω*.

ἐπεὶ γὰρ τὸ μὲν *Ν* ποτὶ τὸ *Α* τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον, ὃν τὸ *Τ* ποτὶ τὸ *Η*, τὸ δὲ *Α* ποτὶ τὸ *Β*, ὃν τὸ



Η ποτὶ τὸ *Θ*, τὸ δὲ *Β* ποτὶ τὸ *Ξ*, ὃν τὸ *Θ* ποτὶ τὸ *Υ*, τὸν αὐτὸν ἕξει λόγον τὸ *Ν* ποτὶ τὸ *Ξ*, ὃν τὸ *Τ* ποτὶ τὸ *Υ*. διὰ τὰ αὐτὰ δὲ καὶ τὸ *Ξ* ποτὶ τὸ *Ο*, ὃν τὸ *Υ* ποτὶ τὸ *Φ*, καὶ τούτοις τὰ ἄλλα ὁμοίως. ἔχοντι δὴ

---

4. τινα ἄλλα] scripsi; ταλλα F; τὰ ἄλλα ed. Basil., uulgo; fort. ποτ' ἄλλα. 5. *Μ*] *Μ*, *Ν* FBC*. 6. τινα ἄλλα] scripsi; τ' αλλα F, uulgo; fort. ἄλλα. 7. καί] addidi; om. F, uulgo. 9. *Ξ*] Z F.

$$A : B = H : \Theta \text{ et } B : \Gamma = \Theta : I$$

et cetera eodem modo. et A, B, Γ, Δ, E, Z ad alias magnitudines N, Ξ, O, Π, P, Σ in quauis proportione sint, et H, Θ, I, K, Λ, M ad alias T, Υ, Φ, X, Ψ, Ω similiter positae in eadem proportione sint, et sit $A : N = H : T$, $B : \Xi = \Theta : \Upsilon$, et cetera eodem modo. demonstrandum

$$\frac{A + B + \Gamma + \Delta + E + Z}{N + \Xi + O + \Pi + P + \Sigma} = \frac{H + \Theta + I + K + \Lambda + M}{T + \Upsilon + \Phi + X + \Psi + \Omega}.$$

nam quoniam

$$N : A = T : H, \quad A : B = H : \Theta, \quad B : \Xi = \Theta : \Upsilon,$$



N Ξ O Π P Σ T Υ Φ X Ψ Ω

erit $N : \Xi = T : \Upsilon$.[1]) eodem modo concluditur etiam $\Xi : O = \Upsilon : \Phi$, et cetera eodem modo.[2]) itaque

---

1) Cum $N : A = T : H$, $A : B = H : \Theta$, erit *δι' ἴσου* (Eucl. V, 22) $N : B = T : \Theta$, sed $B : \Xi = \Theta : \Upsilon$; quare *δι' ἴσου* (Eucl. V, 22) $N : \Xi = T : \Upsilon$. conspectum huius demonstrationis dedi Quaest. Arch. p. 50—51.

2) Habebimus igitur $N : \Xi = T : \Upsilon$, $\Xi : O = \Upsilon : \Phi$,
$O : \Pi = \Phi : X$, $\Pi : P = X : \Psi$, $P : \Sigma = \Psi : \Omega$.
iam cum sit $A : B = H : \Theta$, erit (Eucl. V, 18) $A + B : A = H + \Theta : H$ ɔ: $A + B : H + \Theta = A : H$ (Eucl. V, 16). sed ex $N : A = T : H$ sequitur (Eucl. V, 16) $A : H = N : T = \Xi : \Upsilon$ (Eucl. V, 16) $= O : \Phi$ (Eucl. V, 16) $= \Gamma : I$ (Eucl. V, 16; est enim $A : N = H : T$, $B : \Xi = \Theta : \Upsilon$, $\Gamma : O = I : \Phi$, $\Delta : \Pi = K : X$, $E : P = \Lambda : \Psi$, $Z : \Sigma = M : \Omega$, lin. 9). quare $A + B : H + \Theta = \Gamma : I$; unde (*ἐναλλάξ*, *συνθέντι*, *ἐναλλάξ*) $A + B + \Gamma : H + \Theta + I = \Gamma : I = O : \Phi = \Pi : X$ (Eucl. V, 16) $= \Delta : K$ (Eucl. V, 16), et eodem modo semper progredi possumus.

τὰ μὲν Α, Β, Γ, Δ, Ε, Ζ πάντα ποτὶ τὸ Α τὸν αὐτὸν λόγον, ὃν ἔχοντι τὰ Η, Θ, Ι, Κ, Λ, Μ πάντα ποτὶ τὸ Η, τὸ δὲ Α ποτὶ τὸ Ν, ὃν τὸ Η ποτὶ τὸ Τ, τὸ δὲ Ν ποτὶ πάντα τὰ Ν, Ξ, Ο, Π, Ρ, Σ τὸν αὐτὸν λόγον, ὃν τὸ Τ ποτὶ πάντα τὰ Τ, Υ, Φ, Χ, Ψ, Ω. δῆλον οὖν, ὅτι πάντα τὰ Α, Β, Γ, Δ, Ε, Ζ ποτὶ πάντα τὰ Ν, Ξ, Ο, Π, Ρ, Σ τὸν αὐτὸν ἔχοντι λόγον, ὃν πάντα τὰ Η, Θ, Ι, Κ, Λ, Μ ποτὶ πάντα τὰ Τ, Υ, Φ, Χ, Ψ, Ω.

φανερὸν δέ, ὅτι καί, εἴ κα τῶν τε Α, Β, Γ, Δ, Ε, Ζ μεγεθέων τὰ μὲν Α, Β, Γ, Δ, Ε λεγώνται ποτὶ τὰ Ν, Ξ, Ο, Π, Ρ, τὸ δὲ Ζ μηδὲ ποθ' ἓν λεγήται, καὶ τῶν Η, Θ, Ι, Κ, Λ, Μ τὰ μὲν Η, Θ, Ι, Κ, Λ λεγώνται ποτὶ τὰ Τ, Υ, Φ, Χ, Ψ, τὰ ὁμοῖα ἐν τοῖς αὐτοῖς λόγοις, τὸ δὲ Μ μηδὲ ποθ' ἓν λεγήται, ὁμοίως πάντα τὰ Α, Β, Γ, Δ, Ε, Ζ ποτὶ πάντα τὰ Ν, Ξ, Ο, Π, Ρ τον αὐτὸν ἑξοῦντι λόγον, ὃν πάντα τὰ Η, Θ, Ι, Κ, Λ, Μ ποτὶ πάντα τὰ Τ, Υ, Φ, Χ, Ψ.

β'.

Εἴ κα γραμμαὶ ἴσαι ἀλλάλαις ἔωντι ὁποσαιοῦν τῷ πλήθει, καὶ παρ' ἑκάσταν αὐτᾶν παραπέσῃ τι χωρίον

2. *εχωντι* F, ut uidetur. *I*] om. F. 7. *εχωντι* FBC. 11. *λεγώνται*] scripsi; *λεγωντι* F, uulgo; *λέγωντι* Torellius, 12. *P*] *PC* F; corr. Torellius. *μηδὲ ποθ' ἓν*] scripsi; *μηδεποθεν* F, uulgo. 13. *M*] *M μεγεθέων* Torellius. 14. *Ψ*] *Ψω* F; corr. Torellius. 15. *μηδεποθεν* F, uulgo. 17. *P*] *PC* F; corr. Torellius. 18. *Ψ*] *Ψω* F; corr. Torellius. 19. *γ'* Torellius, Cr. 20. *αλληλαις* F; corr. Torellius. 21. *παραπέσῃ*] scripsi; *παρεμπεση* F, uulgo.

$A+B+\Gamma+\Delta+E+Z : A = H+\Theta+I+K+\Lambda+M : H.$[1]) sed $A : N = H : T$ [ἀνάπαλιν Eucl. V, 7 πόρ.], et $N : N+\Xi+O+\Pi+P+\Sigma = T : T+\Upsilon+\Phi+X+\Psi+\Omega.$[2]) adparet ergo esse

$$\frac{A+B+\Gamma+\Delta+E+Z}{N+\Xi+O+\Pi+P+\Sigma} = \frac{H+\Theta+I+K+\Lambda+M}{T+\Upsilon+\Phi+X+\Psi+\Omega}.\text{[3])}$$

et adparet, etiam si ex magnitudinibus A, B, Γ, Δ, E, Z magnitudines A, B, Γ, Δ, E ad N, Ξ, O, Π, P in proportione sint, Z autem in nulla proportione, et ex H, Θ, I, K, Λ, M magnitudinibus H, Θ, I, K, Λ ad T, Υ, Φ, X, Ψ in proportione sint, similiter positae in eadem proportione, M autem in nulla sit proportione, item esse:

$$\frac{A+B+\Gamma+\Delta+E+Z}{N+\Xi+O+\Pi+P} = \frac{H+\Theta+I+K+\Lambda+M}{T+\Upsilon+\Phi+X+\Psi}.\text{[4])}$$

II.

Si lineae quotlibet numero inter se aequales sunt, et singulis spatium adplicatur figura quadrata exce-

---

1) Demonstrauimus enim p. 293 not. 2 esse $A+B+\Gamma+\Delta+E+Z : H+\Theta+I+K+\Lambda+M = A : H$; inde ἐναλλάξ (Eucl. V, 16) sequitur proportio.

2) Nam $N+\Xi : T+\Upsilon = \Xi : \Upsilon$ (συνθέντι καὶ ἐναλλάξ) $= O : \Phi$ (ἐναλλάξ); unde ἐναλλὰξ καὶ συνθέντι καὶ ἐναλλάξ: $\frac{N+\Xi+O}{T+\Upsilon+\Phi} = \frac{O}{\Phi}$, et cetera eodem modo, donec inuenitur $\frac{N+\Xi+O+\Pi+P+\Sigma}{T+\Upsilon+\Phi+X+\Psi+\Omega} = \frac{N}{T}$; tum ἐναλλάξ.

3) Nam δι' ἴσου est (Eucl. V, 22)

$$\frac{A}{N+\Xi+O+\Pi+P+\Sigma} = \frac{H}{T+\Upsilon+\Phi+X+\Psi+\Omega};$$

tum rursus δι' ἴσου sequitur proportio.

4) Prorsus eodem modo concluditur, si ratione not. 2 proposita quater pro quinquies utimur.

ὑπερβάλλον εἴδει τετραγώνῳ, ἔωντι δὲ αἱ πλευραὶ τῶν ὑπερβλημάτων τῷ ἴσῳ ἀλλάλαν ὑπερεχούσαι, καὶ ἁ ὑπεροχὰ ἴσα τᾷ ἐλαχίστᾳ, ἔωντι δὲ καὶ ἄλλα χωρία τῷ μὲν πλήθει ἴσα τούτοις, τῷ δὲ μεγέθει ἕκαστον ἴσον τῷ μεγίστῳ, ποτὶ μὲν πάντα τὰ ἕτερα χωρία ἐλάσσονα λόγον ἑξοῦντι τοῦ, ὃν ἔχει ἁ ἴσα συναμφοτέραις ταῖς τε τοῦ μεγίστου ὑπερβλήματος πλευραῖς καὶ μιᾷ τᾶν ἰσᾶν ἐουσᾶν ποτὶ τὰν ἴσαν συναμφοτέραις τῷ τε τρίτῳ μέρει τᾶς τοῦ μεγίστου ὑπερβλήματος πλευρᾶς καὶ τᾷ ἡμισέᾳ μιᾶς τᾶν ἰσᾶν ἐουσᾶν, ποτὶ δὲ τὰ λοιπὰ χωρία ἄνευ τοῦ μεγίστου μείζονα λόγον ἑξοῦντι τοῦ αὐτοῦ λόγου.

ἔστωσαν γὰρ ἴσαι εὐθεῖαι ὁποσαιοῦν τῷ πλήθει, ἐφ' ἂν τὰ Α· καὶ παραπεπτωκέτω παρ' ἑκάσταν αὐτᾶν χωρίον ὑπερβάλλον εἴδει τετραγώνῳ. ἔστων δὲ τῶν ὑπερβλημάτων πλευραὶ αἱ Β, Γ, Δ, Ε, Ζ, Η τῷ ἴσῳ ἀλλάλαν ὑπερεχούσαι, καὶ ἁ ὑπεροχὰ ἔστω ἴσα τᾷ ἐλαχίστᾳ. καὶ μεγίστα μὲν ἔστω ἁ Β, ἐλαχίστα δὲ ἁ Η. ἔστω δὲ καὶ ἄλλα χωρία, ἐφ' ὧν ἕκαστον τῶν Θ, Ι, Κ, Λ, τῷ μὲν πλήθει ἴσα τούτοις, τῷ δὲ μεγέθει ἕκαστον ἴσον ἔστω τῷ μεγίστῳ τῷ παρὰ τὰν ΑΒ παρακειμένῳ. ἔστω δὲ ἁ μὲν ΘΙ γραμμὰ ἴσα τᾷ Α, ἁ δὲ ΚΛ ἴσα τᾷ Β, καὶ τᾶν μὲν ΘΙ γραμμᾶν ἑκάστα ἔστω διπλασία τᾶς Ι, τᾶν δὲ ΚΛ ἑκάστα τριπλασία τᾶς Κ. δεικτέον, ὅτι τὰ χωρία πάντα, ἐν οἷς τὰ Θ, Ι, Κ, Λ, ποτὶ μὲν πάντα τὰ ἕτερα χωρία τὰ ΑΒ, ΑΓ, ΑΔ, ΑΕ, ΑΖ, ΑΗ ἐλάσσονα λόγον ἔχει τοῦ, ὃν ἔχει ἁ ΘΙΚΛ εὐθεῖα ποτὶ τὰν ΙΚ, ποτὶ δὲ τὰ λοιπὰ ἄνευ

---

7. τε] om. F. τᾷ et πλευρᾷ Nizze. 10. ημισα F; corr. B. 13. ἔστωσαν FBCD; ἔστω A, ed. Basil.; „esto“ Cr. 15. ἔστων] ἔστωσαν B. τῶν] addidi; om. F, uulgo. 19. ἔστω]

dens, et latera spatiorum excedentium aequali differentia inter se excedunt, et differentia minimae aequalis est, et praeterea alia spatia data sunt numero his aequalia, magnitudine autem omnes maximo aequalia, haec spatia ad omnia spatia priora minorem rationem habebunt, quam linea aequalis lateribus maximi spatii excedentis et simul uni ex lineis inter se aequalibus ad lineam aequalem tertiae parti lateris maximi spatii excedentis et simul dimidiae parti unius ex lineis inter se aequalibus, ad cetera autem spatia praeter maximum maiorem rationem, quam eaedem lineae.[1])

nam datae sint lineae aequales quotlibet numero, in quibus sint litterae A. et singulis adplicetur spatium figura quadrata excedens. latera autem spatiorum excedentium $B, \Gamma, \Delta, E, Z, H$ aequali differentia inter se excedant, et differentia minimae aequalis sit. et maxima sit B, minima autem H. sed etiam alia spatia data sint, in quibus singulis omnes litterae Θ, I, K, Λ, numero his aequalia, magnitudine autem omnia maximo spatio lineae AB adplicato aequalia sint. sit autem

$$\Theta + I = A, \quad K + \Lambda = B, \text{ et } \Theta + I = 2I, \quad K + \Lambda = 3K.$$

demonstrandum est, omnia spatia, in quibus sint litterae Θ, I, K, Λ, ad omnia priora spatia AB, $A\Gamma$, $A\Delta$, AE, AZ, AH minorem rationem habere, quam $\Theta + I + K + \Lambda : I + K$, ad reliqua autem praeter

1) Demonstrationem breuius exposui Quaest. Arch. p. 57, arithmeticam dedit Nizze p. 157.

scripsi; η F, uulgo. ἑκάστα τᾶν Torellius; auditur στοιχεῖον (littera). 23. τᾶν] τα F; corr. ed. Basil.* γραμμα F; corr. ed. Basil.*

τοῦ μεγίστου τοῦ AB μείζονα λόγον ἔχοντι τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Ἔστι γάρ τινα χωρία, ἐν οἷς τὰ A, τῷ ἴσῳ ἀλλάλων ὑπερέχοντα, καὶ ἁ ὑπεροχὰ ἴσα τῷ ἐλαχίστῳ [ἐπεί τε



τὰ παραβλήματα καὶ τὰ πλάτη τῷ ἴσῳ ὑπερέχουσιν], καὶ ἄλλα χωρία, ἐν οἷς τὰ Θ, I, τῷ μὲν πλήθει ἴσα τούτοις, τῷ δὲ μεγέθει ἕκαστον ἴσον τῷ μεγίστῳ. σύμπαντα οὖν τὰ χωρία, ἐν οἷς τὰ Θ, I, πάντων μὲν τῶν, ἐν οἷς τὰ A, ἐλάσσονά ἐντι ἢ διπλασίονα, τῶν δὲ λοιπῶν χωρὶς τοῦ μεγίστου μείζονα ἢ διπλασίονα. αὐτὰ οὖν τὰ χωρία, ἐν οἷς τὰ I, πάντων μὲν τῶν, ἐν οἷς τὰ A, ἐλάσσονά ἐντι, τῶν δὲ λοιπῶν ἄνευ τοῦ μεγίστου μείζονα. πάλιν ἐντὶ γραμμαί τινες αἱ B, Γ, Δ, E, Z, H τῷ ἴσῳ ἀλλάλαν ὑπερεχοῦσαι, καὶ ἁ ὑπεροχὰ ἴσα τᾷ ἐλαχίστᾳ, καὶ ἄλλαι γραμμαί, ἐφ' ἂν τὰ K, Λ, τῷ μὲν πλήθει ἴσαι ταύταις, τῷ δὲ μεγέθει ἑκάστα ἴσαι τᾷ μεγίστᾳ. τὰ οὖν τετράγωνα τὰ ἀπὸ

4. ἐπεὶ τῶν παραβλημάτων Nizze. in figura litteras Θ, I, K, Λ inuerso ordine habet F; litteras Θ, I permutant ed. Basil., Torellius; corr. Nizze. 9. διπλάσια Nizze, ut lin. 10. 10. μειζον F; corr. Torellius. 15. ὑπεροχὰ ἴσα] ὑπερεχουσαι ἴσαι F; corr. ed. Basil. 17. ἴσαι] ἴσα?

maximum spatium AB maiorem rationem quam

$$\Theta + I + K + \Lambda : I + K.$$

sunt enim spatia quaedam, in quibus litterae Λ, aequali differentia inter se excedentia, et differentia



minimo aequalis est[1]), et alia spatia, in quibus litterae Θ, I, numero illis aequalia, magnitudine autem omnia maximo aequalia. omnia igitur simul spatia, in quibus litterae Θ, I sunt, minora sunt quam duplo maiora omnibus spatiis, in quibus litterae Λ sunt, maiora autem quam duplo maiora ceteris praeter maximum [p. 290, 5]. ipsa igitur spatia, in quibus sunt litterae I, omnibus spatiis, in quibus sunt litterae Λ, minora sunt, reliquis autem praeter maximum maiora.[2]) rursus sunt lineae quaedam B, Γ, Δ, E, Z, H aequali differentia inter se excedentes, et differentia minimae aequalis est, et praeterea aliae lineae, in quibus sunt litterae K, Λ, numero illis aequales, magnitudine autem

1) Quia ex hypothesi latera quadratorum excedentium inter se aequali differentia excedunt, et differentia minimo aequalis est. spatia enim Λ inter se rationem habent, quam latera illa (Eucl. VI, 1). sequentia uerba ἐπεί lin. 4 — ὑπερέχουσιν lin. 5 subditiua esse putauerim. nam primum praue dicuntur spatia adplicata inter se aequali differentia excedere, deinde deest ἀλλάλων lin. 5, et πλάτη et ὑπερέχουσιν parum Doricae formae sunt; etiam particula τε insolito loco posita est. denique insuauiter sermonis cursum interrumpunt. neque hae offensiones coniectura facili et probabili tolli possunt.

2) Nam $\Theta = I$.

πασᾶν τᾶν ἰσᾶν ἀλλάλαις τε καὶ τᾷ μεγίστᾳ πάντων μὲν τῶν τετραγώνων τῶν ἀπὸ [πασᾶν] τᾶν τῷ ἴσῳ ἀλλάλαν ὑπερεχουσᾶν ἐλάσσονά ἐντι ἢ τριπλάσια, τῶν δὲ λοιπῶν χωρὶς τοῦ ἀπὸ τᾶς μεγίστας τετραγώνου μείζονα ἢ τριπλάσια. δεδείκται γὰρ τοῦτο ἐν τοῖς περὶ τᾶν ἑλίκων ἐκδεδομένοις. τὰ οὖν χωρία, ἐν οἷς τὸ Κ, πάντων μὲν τῶν χωρίων, ἐν οἷς τὰ Β, Γ, Δ, Ε, Ζ, Η, ἐλάσσονά ἐστιν, αὐτῶν δὲ τῶν, ἐν οἷς τὰ Γ, Δ, Ε, Ζ, Η, μείζονα· ὥστε καὶ πάντα τὰ χωρία, ἐν οἷς τὰ Ι, Κ, πάντων μὲν τῶν, ἐν οἷς τὰ ΑΒ, ΑΓ, ΑΔ, ΑΕ, ΑΖ, ΑΗ, ἐλάσσονά ἐστι, τῶν δέ, ἐν οἷς τὰ ΑΓ, ΑΔ, ΑΕ, ΑΖ, ΑΗ, μείζονα. δῆλον οὖν, ὅτι πάντα τὰ χωρία, ἐν οἷς τὰ Θ, Ι, Κ, Λ, ποτὶ μὲν τὰ χωρία, ἐν οἷς τὰ ΑΒ, ΑΓ, ΑΔ, ΑΕ, ΑΖ, ΑΗ, ἐλάσσονα λόγον ἔχοντι τοῦ, ὃν ἔχει ἁ ΘΛ ποτὶ τὰν ΙΚ, ποτὶ δὲ τὰ λοιπὰ χωρὶς τοῦ, ἐν ᾧ τὸ ΑΒ, μείζονα τοῦ αὐτοῦ λόγου.

γ΄.

Εἴ κα κώνου τομᾶς ὁποιασοῦν εὐθεῖαι ἐπιψαύωντι ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ σαμείου ἀγμέναι, ἔωντι δὲ καὶ ἄλλαι εὐθεῖαι ἐν τᾷ τοῦ κώνου τομᾷ παρὰ τὰς ἐπιψαυούσας ἀγμέναι καὶ τεμνούσαι ἀλλάλας, τὰ περιεχόμενα ὑπὸ τῶν τμαμάτων τὸν αὐτὸν ἑξοῦντι λόγον ποτ' ἄλλαλα, ὃν τὰ τετράγωνα τὰ ἀπὸ τᾶν ἐπιψαυουσᾶν· ὁμόλογον

2. πασᾶν τᾶν] Torellius; παντων F, uulgo. fort. scrib. τᾶν. 3. αλλαλων F; corr. Torellius. ὑπερεχουσαι F; corr. ed. Basil. 6. ἑλίκων] scripsi; ελικαν F, uulgo. 8. ἐστιν] ἐντι B. 10. τά] (alt.) addidi; om. F, uulgo. 11. ἐστι] ἐντι B. τά] addidi; om. F, uulgo. 16. τό] τά Torellius, fortasse recte. μειζων F; corr. Torellius. γ΄] om. ed. Basil., Cr., Torellius. 23. ποτ' ἄλλαλα] Torellius; ποτι τα αλλα F, uulgo. 24. των επιφανουσων F, uulgo.

omnes maximae aequales. quare quadrata omnium linearum inter se et maximae aequalium minora sunt quam triplo maiora omnibus quadratis linearum inter se aequali differentia excedentium, maiora autem quam triplo maiora reliquis praeter quadratum lineae maximae. hoc enim in eo libro, quem de helicibus edidimus, demonstratum est [prop. 10]. itaque spatia, in quibus est littera K, omnibus spatiis, in quibus sunt litterae B, Γ, Δ, E, Z, H, minora sunt[1]), ipsis autem spatiis, in quibus sunt litterae Γ, Δ, E, Z, H, maiora. quare etiam omnia spatia, in quibus sunt litterae I, K, minora sunt omnibus spatiis, in quibus sunt litterae AB, $A\Gamma$, $A\Delta$, AE, AZ, AH, maiora autem iis, in quibus $A\Gamma$, $A\Delta$, AE, AZ, AH. adparet igitur, omnia spatia, in quibus sint litterae Θ, I, K, Λ, ad spatia, in quibus AB, $A\Gamma$, $A\Delta$, AE, AZ, AH, minorem rationem habere, quam $\Theta\Lambda : IK$[2]), ad reliqua autem praeter id, in quo est AB, maiorem rationem.[3])

III.

Si lineae sectionem coni qualemlibet contingunt ab eodem puncto ductae, et aliae quoque lineae in sectione coni contingentibus parallelae sunt et inter se secant, spatia partibus earum comprehensa inter se eandem rationem habebunt, quam quadrata linearum contingentium. et spatium partibus alterius lineae

---

1) Nam $K = \frac{1}{2}\Lambda$; itaque $K + \Lambda = 3K$.

2) Hoc est $\Theta + I + K + \Lambda : I + K$.

3) Nam summa spatiorum Θ, I, K, Λ ad summam spatiorum I, K eam habet rationem quam $\Theta + I + K + \Lambda : I + K$, cum basis eadem sit (Eucl. VI, 1); tum u. Eucl. V, 8. et est $\Theta + I + K + \Lambda = A + B$, $I + K = \frac{1}{2}A + \frac{1}{3}B$.

δὲ ἐσσείται τὸ περιεχόμενον ὑπὸ τῶν τᾶς ἑτέρας γραμμᾶς τμαμάτων τῷ τετραγώνῳ τῷ ἀπὸ τᾶς ἐπιψαυούσας τᾶς παραλλήλου αὐτᾷ. ἀποδεδείκται δὲ τοῦτο ἐν τοῖς κωνικοῖς στοιχείοις.

Εἴ κα ἀπὸ τᾶς αὐτᾶς ὀρθογωνίου κώνου τομᾶς δύο τμάματα ἀποτμαθέωντι ὁπωσοῦν ἴσας ἔχοντα τὰς διαμέτρους, αὐτά τε τὰ τμάματα ἴσα ἐσσοῦνται, καὶ τὰ τρίγωνα τὰ ἐγγραφόμενα εἰς αὐτὰ τὰν αὐτὰν βάσιν ἔχοντα τοῖς τμαμάτεσσι καὶ ὕψος τὸ αὐτό. διάμετρον δὲ καλέω παντὸς τμάματος τὰν δίχα τέμνουσαν τὰς εὐθείας πάσας τὰς παρὰ τὰν βάσιν αὐτοῦ ἀγομένας.

ἔστω ὀρθογωνίου κώνου τομὰ ἁ $AB\Gamma$, καὶ ἀποτετμήσθω ἀπ' αὐτᾶς δύο τμάματα τό τε $A\Delta E$ καὶ τὸ $\Theta B\Gamma$. ἔστω δὲ τοῦ μὲν $A\Delta E$ τμάματος διάμετρος ἁ ΔZ, τοῦ δὲ $\Theta B\Gamma$ ἁ BH, καὶ ἔστων ἴσαι αἱ ΔZ, BH. δεικτέον, ὅτι τὰ τμάματα ἴσα ἐντὶ τὰ $A\Delta E$, $\Theta B\Gamma$, καὶ τὰ τρίγωνα τὰ ἐγγραφόμενα τὸν εἰρημένον τρόπον ἐν αὐτοῖς.

ἔστω δὴ πρῶτον ἁ ἀποτέμνουσα τὸ ἕτερον τμᾶμα

1. ἐσσείται] επειτα F; corr. ed. Basil. 2. τῷ τετραγώνῳ] scripsi; τετραγωνον F, uulgo; τετραγώνῳ Torellius. τῷ] το F; corr. Torellius. 3. τᾶς] addidi; om. F, uulgo. παραλληλους F; corr. Nizze. αυτας F; corr. Torellius. 5. δ' Cr., Torellius. 6. αποτμηθεοντι F; corr. Torellius. ὁπωσοῦν] D; οποσουν F, uulgo; ὁποσαοῦν Torellius. 8. αὐτά] αυταν FBC*. 9. τμαματεσι F. 11. τάς] (alterum) ταν FBC*. 14. αὐτᾶς] αυτ cum comp. ας, insuper addita syllaba ᾶς (circumflexu super σ posito, ut solet) F. 16. ἔστων] comp. uocabuli ἔστω addito accentu acuto F; ἔστωσαν uulgo*; ἔστω ed. Basil., Torellius, Cr. 18. ἐγγραφόμενα] με supra scriptum manu 1 F. 20. πρῶτον ἁ] scripsi; α om. F, uulgo.

comprehensum respondebit quadrato lineae contingentis ei parallelae. hoc autem in conicis elementis[1]) demonstratum est [Apollonius con. III, 17].

Si ab eadem sectione coni rectanguli duo segmenta quoquo modo abscinduntur diametros aequales habentia, et ipsa segmenta aequalia erunt et triangula iis inscripta eandem basim habentia, quam segmenta, et altitudinem aequalem. diametrum autem cuiusuis segmenti eam lineam uoco, quae omnes lineas basi eius parallelas in duas partes aequales secat.

sit $AB\Gamma$ sectio coni rectanguli, et ab ea abscindantur duo segmenta $A\Delta E$, $\Theta B\Gamma$. et diametrus seg-



menti $A\Delta E$ sit ΔZ, segmenti autem $\Theta B\Gamma$ linea BH, et sit $\Delta Z = BH$. demonstrandum est, et segmenta $A\Delta E$, $\Theta B\Gamma$ aequalia esse et triangula iis ita inscripta, ut diximus.

primum igitur linea alterum segmentum abscindens

1) H. e. elementis conicis ab Aristaeo compositis, ab Euclide emendatis et suppletis.

ἁ *ΘΓ* ποτ' ὀρθὰς τᾷ διαμέτρῳ τᾶς τοῦ ὀρθογωνίου κώνου τομᾶς. λελάφθω δὲ παρ' ἃν δυνάνται αἱ ἀπὸ τᾶς τομᾶς, ἁ διπλασία τᾶς μέχρι τοῦ ἄξονος, καὶ ἔστω, ἐφ' ᾇ τὸ *Μ*. ἀπὸ δὲ τοῦ *Α* κάθετος ἄχθω ἐπὶ τὰν *ΔΖ* ἁ *ΑΚ*. ἐπεὶ οὖν διάμετρός ἐντι ἁ *ΔΖ* τοῦ τμάματος, ἅ τε *ΑΕ* δίχα τεμνέται κατὰ τὸ *Ζ*, καὶ ἁ *ΔΖ* παρὰ τὰν διάμετρόν ἐστι τᾶς τοῦ ὀρθογωνίου κώνου τομᾶς· οὕτω γὰρ δίχα τέμνει πάσας τὰς παρὰ τὰν *ΑΕ* ἀγομένας. ὃν δὴ λόγον ἔχει τὸ τετράγωνον τὸ ἀπὸ τᾶς *ΑΖ* ποτὶ τὸ τετράγωνον τὸ ἀπὸ τᾶς *ΑΚ*, τοῦτον ἐχέτω ἁ *Ν* ποτὶ τὰν *Μ*. αἱ δὴ ἀπὸ τᾶς τομᾶς ἐπὶ τὰν *ΔΖ* ἀγομέναι παρὰ τὰν *ΑΕ* δυνάνται τὰ παρὰ τὰν ἴσαν τᾷ *Ν* παραπίπτοντα πλάτος ἔχοντα, ἃς αὑται ἀπολαμβάνοντι ἀπὸ τᾶς *ΔΖ* ποτὶ τὸ *Δ* πέρας. δεδείκται γὰρ ἐν τοῖς κωνικοῖς. δυνάται οὖν καὶ ἁ *ΑΖ* ἴσον τῷ περιεχομένῳ ὑπὸ τᾶς *Ν* καὶ τᾶς *ΔΖ*. δυνάται δὲ καὶ ἁ *ΘΗ* ἴσον τῷ περιεχομένῳ ὑπό τε τᾶς *Μ* καὶ τᾶς *ΒΗ*, ἐπεὶ κάθετός ἐστιν ἁ *ΘΗ* ἐπὶ τὰν διάμετρον. ἔχοι οὖν κα τὸ τετράγωνον τὸ ἀπὸ τᾶς *ΑΖ* ποτὶ τὸ τετράγωνον τὸ ἀπὸ τᾶς *ΘΗ* τὸν αὐτὸν λόγον, ὃν ἁ *Ν* ποτὶ τὰν *Μ*, ἐπεὶ ἴσαι ὑπέκειντο αἱ *ΔΖ*, *ΒΗ*. ἔχει δὲ τὸ ἀπὸ τᾶς *ΑΖ*

---

1. *ΘΓ*] *ΒΓ* F; corr. BC. 13. *Ν*] *Μ* F; corr. Torellius. 19. ἔχοι οὖν κα] scripsi; εχοι και F, uulgo; ἔχει καί Torellius. 20. τᾶς] του per comp. F.

$\Theta\Gamma$ perpendicularis ad diametrum sectionis coni rectanguli sit. sumatur autem linea, cui parallelae lineae a sectione ductae quadratae aequales sunt [spatiis ipsa hac linea et ea parte diametri comprehensis, quam linea a sectione ducta ad uerticem uersus abscindit][1]), quae duplo maior est linea [a uertice sectionis] ad axem coni ducta[2]), et sit ea, in qua est littera M. et ab A linea AK ad ΔZ perpendicularis ducatur. iam quoniam ΔZ diametrus est segmenti, linea AE in puncto Z in duas partes aequales secatur, et ΔZ diametro sectionis coni rectanguli[3]) parallela est. ita enim omnes lineas lineae AE parallelas in duas partes aequales secat. itaque, sit $AZ^2 : AK^2 = N : M$. quare lineae a sectione ad lineam ΔZ ductae lineae AE parallelae quadratae aequales sunt spatiis lineae N aequali adplicatis latitudinem habentibus eas lineas, quas ipsae a ΔZ ad punctum Δ uersus abscindunt. hoc enim in conicis demonstratum est.[4]) itaque

$$AZ^2 = N \times \Delta Z.$$

